

2|*|0.8.÷.9.7.









Digitized by Google

DE FLORENTINIS INVENTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

DOMINICI MARIÆ MANNI

DE FLORENTINIS INVENTIS COMMENTARIUM.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO

PRINCIPI

ALEXANDRO

ALDOBRANDINO

S. R. E. CARDINALI

Amplissimo,

ET FERRARIÆ DE LATERE LEGATO &c.

DICATUM.



FERRARIÆ, MDCCXXXI.

Ex Typographiâ Bernardini Pomatelli Impressoris Episcopalis.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Nec ullum Mortalium latet , plures e Florentiâ fuisse ,
& adhuc esse novorum Inventores, quam qui
e reliquâ totâ Italiâ profecti sunt .
Guolfgangus Mauritius Endterus.

Digitized by Google

Eminentissime, & Reverendissime

PRINCEPS.



Lorentinorum Inventorum Historiam Florentini Scriptoris calamo exaratam, nunc primum in publicam lucem meis typis prodientem, non alium gestare in fronte Protectorem, atque Mœcenatem, quam Te, EMINENTISSIME PRINCEPS, *& Patriæ Tuæ suadet decus, & Familiæ Aldobrandinæ exposcit claritas, ac præstantia, atque meum erga Teipsum cogit obsequium. Patria siquidem Tua hoc in Opere gloriatur Civibus suis, & iis præcipue Stirpibus, queis Clarissimi Viri extitere, ut est nobilissima* ALDOBRANDINORUM *Familia, in qua sago simul & toga strenui, ac præclari floruerunt, quodque maius est,* CLEMENS VIII. *Pontifex Maximus, de Ferrariensi nostra Civitate, ac Ditione optime quidem meritus, perpetuæ quadragenarum Horarum in singulis Romæ Templis Supplicationis Institutor piissimus. Quod vero ad me attinet, quem-*

admodum grave, ac moleſtum expertus ſum velle Tibi, iam inde ex quo Vice=Legati huius Civitatis ſummo omnium plauſu munere fungebaris, officium rependere obſervantiæ meæ, ac ſervitutis teſtimonium; ita de hoc ſemper anxie cogitavi, ut ſiquid ſe mihi offerret, quod dignum Te eſſet, hoc ſub auſpiciis Tuis prodiret; quod nunc tandem aliquando contingit, dum vix poſt Legationem Hiſpanicam in Eminentiſſimorum Purpuratorum Collegium cooptatus huc munus perfuncturus longe graviſſimum rediens, Hiſtoriam hanc cudere incepi Tuo potiſſimum Nomini inſcribendam. Peculiare enim ſemper fuit ALDOBRANDINÆ GENTIS Litteras fovere, bonorumque Artium Cultores quoquomodo alere, ac favoribus proſequi. SILVESTER namque Aldobrandinus eiuſdem CLEMENTIS Parens in politioribus litteris, liberalibuſque diſciplinis eruditus erat; IOHANNES ac PETRUS Summi Pontificis Fratres (quorum alter una cum Cynthio Romana Purpura clarus) Scriptorum conſenſu, doctrina illuſtres habiti ſunt. Ex quibus certiſſimam in ſpem adduci videor, me facile impetraturum, ut Tu, EMINENTISSIME PRINCEPS, qui Maiorum Tuorum gloriam abundantius es aſſequutus, utpote Litterariæ Reipublicæ, ac Eccleſiæ Catholicæ bono natus, meorum prælorum opus libenter ſuſcipias, & intueri minime dedigneris, ut in eo regias inter Patriæ, ac Familiæ Tuæ laudes, Tuas, licet invitus, quod par eſt modeſtiæ Tuæ, agnoſcas. Deus Optimus Maximus Eminentiam Tuam Italiæ decus, & ornamentum ad maiora, inclyta Tua in Sobole haud nova, quam diutiſſime ſervet incolumem.

Ferrariæ VI. *Idus Novembris Anni M.* DCCXXXI.

Humillimus, atque addictiſſimus Famulus
Franciſcus Pomatelli.

PROŒMIUM.



Actum me operæ pretium arbitror, si quænam occasio ad hæc scribenda me impulit, initio aperiam, paulo altius narratione repetitâ. Olim igitur cum Opus famâ celeberrimum, inventu perquam difficile præ manibus haberem, evoluerem, oculisque percurrerem, in locos quosdam forte fortunâ incidi, ubi commenta, adinventiones, elucubrationesque plures Italorum Transalpinis Viris, cæteroquin suis laudibus refertissimis, adscripta leguntur: Quam ob rem dolui, vehementerque dolui, neque in animum inducere potui, quin tale iudicium, pseudographe quidem pronunciatum, nonnulli, Italorum odio, essent approbaturi. Nullâ ab hinc temporis ratione ferendum mihi visum est, non modo iniuriâ sæculorum, verum incuriâ nostrâ Virorum illustrium, Auctorum, Patrum, Inventorum, Restitutorumque memoriam labefactari. Etsi nihil me esse scirem, nihilo tamen minus sedulo cogitare cepi, quo pacto Italiæ nostræ summos Viros Romanos, Bononienses, Venetos, Neapolitanos, Pisanos, Senenses, Volaterranos, cæterosque innumeros memoriæ occurrentes, quos ne prolixior intempestive videar omitto, ab huiusmodi iniuriis vindicarem, plagiariisque pudorem incutere tentarem. Hæc cum ego serio meditarer, ab hac Urbe, quod cuique bono civi decet, incepi, expertusque sum tam multa esse de Florentinis tantum colligenda, & in lucem edenda, ut onus sane futurum sit non meis humeris ferendum si de unaquaque Italiæ Civitate ingeniorum feracissimâ differere aggrediar. Accedebat maxime, quod Hyacinthus Abbas Gimma Advocatus in Neapolitanâ Curiâ præstantissimus idipsum facere pollicitus est, necnon, quod sperare fas est, aggressus; quod quidem Opus a tam erudito Viro omnium votis exposcendum videtur. Nemo itaque demiretur, ac reprehendat me Floren-

tina

Lib.6. rerum Turcicar. pag. 406.

tina ingenia commonstraturum, quæ, ut Laonicus Chalcondylas inquit, optime efficiunt quicquid fuerint aggressa, quæque (quod omnes sentiunt) ad omnem Artem ab ipsâ naturâ elegantissime comparata. Quis enim ei rite succenseat, cui indicare libuit Patriæ suæ Cives ingenio præditos acri & subtili, quemadmodum Iohannes Ludovicus Gothofredus ait, ad res gerendas diligentes, & industrios, vel, Iacobi Philippi Bergomensis in Supplemento Chronicorum sententiâ, in omni virtutis genere, præsertim adinventionis laude præstantiores, quos Vaticani Oraculum


In Archonthologia Cosmica de morib. Hetruscor.

Terrarum semen, tum quinta elementa vocavit.

Ampliorem sane hac meâ provinciam suscepit Caius Plinius, sed veluti Canis e Nilo, quodque peius, fabulas sic sequutus est, ut minus veritatem investigârit. Ampliorem Marcus Antonius Sabellicus, Iohannes Matthæus Lunensis, Vincentius Brunus Amalphitanus, Alexander Sardi Ferrariensis, Guillelmus Pastregicus, Guido Pancirolus, Theodorus Ianssonius ab Almeloveen, Iohannes Christophorus Sturmius, Georgius Paschius, Gilbertus Cognatus, Ravisius Textor, ac Polydorus Vergilius Urbinas; sed omnes universim de Inventoribus rerum; quodque magis est, alter neglexit ordinem, alter omisit auctores, alter testimonia, plerique eorum summo digito materiam tangere proposuerunt (quod quidem fecisse dolemus & Iosephum Lanzonium Ferrariensem, primarium Phil. & Med. in Patrio Lyceo Professorem, deque Litterariâ Republicâ optime meritum, quem elapso proxime anno 1730. vitâ functum, optimorum mœrore, deflemus) uno excepto Vergilio, cuius historiæ Adauctores tot tantisque mendis inquinatam ampliando in hominum conspectum posuere, ut eam non edidisse satius quidem præstaret. En itaque Commentariolum, ad quod scribendum, si quid otii daretur, operam interea impendere arrisit: Commentariolum, inquam, ut commode quispiam de hac re copiosius disputare possit, & omnino veritati velamen auferre, neve ego ipse legentium voluptati vel minimum futili sermone videar detraxisse, atque (ut Cicero ait) verbis munus meum extenuâsse.


Quo

Digitized by Google



Quo pacto Vallis Umbrosæ Monachorum Religio auspicata est.

CAPUT PRIMUM.



NEmini video dubium esse, quin iam inde a plerisque sæculis nil Romanis Pontificibus, atque ubique gentium Antistitibus antiquius curæ fuerit, quam ut Ordinis sacerdotalis labentem, utut possent, gradum fulcirent, simulque peccantium coercerent insolentiam, promulgatis a se novis quotidie legibus ad melioris vitæ institutionem. Hinc eremum colentes (a Græcis *Anachoretæ*, nostrisque Monachi, quia soli vivebant, appellati) procul ab hominum cœtu, duriter victitando, atque ad ea, quæ sibi opus sunt, suis manibus ministrando, exemplum rectè vivendi posteris edidêre, familias plerique suas instituentes, ut vitam planè intaminatam ducerent. Ex Urbis nostræ nulli secundæ magnatibus, quod aiunt, primo extitit

Qui sacra Umbrosæ posuit Cœnobia Vallis, *Verin. lib. 3.*

Divus Iohannes Gualbertus, seu verius Gualberti filius, non ex Vicedominis, non de Azzinis, ut falso putarunt, cum Lorenzinio in Vitâ, plerique, sed ex Dominis de Petroio in regione Vallis Pesæ, ex eâ stirpe, unde Bondelmontii, & Scolarii prodierunt; qui Iohannes annis circiter 1040. si Thomæ Dempstero, Aloysio Contareno, necnon Paulo Morigiæ fides habenda, vel si (quod magis inverisimile videtur) Cl. V. Gravesoni credamus,

 qui

qui annum circiter 1051. institutioni assignat, vel, ut alii autumant, circa 1010. novam Monachorum Vallis Umbrosæ Familiam inchoavit. Ille enim, quum, post veniam fratris interfectori a se petenti non negatam, imaginem Servatoris de trunco pendentis, quæ in proximo D. Miniatis Templo prope Florentiam erat, quæque nunc in Sanctæ Trinitatis debito cultu asservatur, sibi oranti caput inclinare conspexisset, quasi id maximum pietatis opus comprobasset, tam mirabili facto commotus, Cluniacensium S. Miniatis Monachorum Cœtui sese devinxit, mox vero in Vallem, quam vocant, Umbrosam, Divi Romualdi hortatu, sese recepit, illam præcipue seligens Apennini partem, quæ magis ab hominum strepitu segregata, magisque sibi ad Deo inserviendum accommodata visa est. Hic vero deposito nigro Cluniacensium Cucullo, nigricante cæruleo corpus contexit, atque inde novæ Religionis auctor fuit, quam ineffabili pietatis fructu longe postea lateque propagavit, vivens ad annum Æræ Christianæ 1073. in quo, Matthæi Palmerii msſ. ectypi testimonio, *Iohannes Gualberti devotissimus Christi Monachus, & Religionis Vallis Umbrosæ Ordinator, & princeps miraculis clarus moritur*. Quod quidem ubi locorum contigerit, a Paulo Morigia docemur, his verbis: *Morì l'Uomo di Dio nel Monasterio di Passignano posto in Val di Pesa l'anno 1073. sotto l' Imperio di Arrigo Terzo, ed al tempo di Gregorio Sommo Pontefice Settimo. Laonde il santissimo Corpo suo fino al dì d'oggi quivi si riposa, dove il Signore Iddio opera molti miracoli per esso*. Gregorius item Ordinem hunc, post Alexandrum II., probavit, & confirmavit. Hinc, scribebat Iohannes Villani, *molte, e ricche Badie sono discese in Toscana, e in Lombardia, e molti Monaci si sono vestiti di quest' Ordine*; cui addere possumus: plurimis Europæ locis; verbaque nectere supra allati Morigiæ, qui inquit: *Da questa Religione sono usciti Uomini riguardevoli per santità di vita, e dottrina*. Virorum Vallisumbrosanæ Congregationis sanctitate insignium Elogia contexuit Hieronymus de Raggiolo Prior Sancti Donati in Vinea: Ex quibus recensere lubet Actonem, Petrum Igneum, Bernardum de Ubertis, Verdianam, Humilitatem, quos in Sanctorum album relatos Ecclesia veneratur.

De

De primordio Servorum B. Mariæ Virginis.

CAP. II.



Lorentinis itidem inventis adnumeratur Ordo Servorum Deiparæ Virginis, cuius auctor, inquit Polydorus Vergilius, alioquin diligentissimus antiquiorum rerum indagator, *Philippus extitit Thuscus genere, Florentiæ ortus, ac Medicæ Artis professor*, quibus plane intelligendus venit Philippus Benitius, nunc Cœli civis, & incola. Nominatim indicatur ab Aloysio Contareno; verum quum ipse annum Fundationis falso quidem assignet 1288. nil aliud efficit, nisi ut error Polydori clarius appareat. Argumento huiusce allucinationis anacronismus esse potest, quum nullos adhuc lateat, Philippum anno 1233. in lucem editum, eo scilicet, quo Ordo ipse est institutus, cuius proinde Benitius non auctor, sed a Fundatoribus suscepto sacro Servorum B. M. Virginis indumento, propagator fuit. Sed et ex Processu, ut vocant, Beatificationis eius constat, quod Philippus adhuc infantulus inter Matris ulnas, nedum ad loquendum aptus, cum aliquos ex septem Fundatoribus ostiatim victum quæritantes videret, Matrem ipsam alloquutus est dicens: *Fate limosina ai Servi di Maria.*

De Inv. rerū l. 7. c. 4.

In Opere inscripto: Il vago, e dilettevole Giardino.

Cæterum quod ad auspicia attinet, septem fuêre Fundatores, nostrates omnes, nempe Bonusfilius Monaldus, Bartholomæusque Amidæus, vulgo Frater Amidæus, quorum primus anno obiit 1262. alter 1266. Iohannes cognomento Bonagiunta, vel, ut Minius sentire videtur, Bonaguisa Bonaguisi, cuius mors anno 1257. invenitur. Manettus de Antella, qui decessit anno 1268. Gherardinus Sostegnius, iuxta Dempsterum, vel Sostegnus Sostegni, auctore Ferrinio, cuius obitum reperimus ad annum 1282. Ricoverus Lippius, alias Uguccionius, & Alexius Falconerius, qui e vita decesserunt, aut potius, ut socii fecêre, ad vitam migrarunt annis 1282. & 1310. Hi vero, populi voce primum, novissimeque Apostolicæ Sedis Oraculo inter Beatos recensentur. Fundatio autem, ex auctoritate Archangeli Giani in Chron. Servorum, ita sese habuit. Cum adstarent quandoque, videli-

cet anno Reparationis 1233. ſeptem ii Cives ſolemnitati celebrandæ Aſſumptionis Deiparæ in quodam ſæculari Cœtu Laudenſium S. Mariæ nuncupatorum, qui iuxta Cathedralem Florentinam Eccleſiam congregabantur, divinâ inſpiratione permoti, unanimes in Alpes Mugellani agri, montis Senarii nomine, octavo procul ab Urbe noſtrâ lapide raptim confugêre, ibique Regulam amplectentes Divi Auguſtini, novo excogitato veſtimenti genere, ſcilicet nigræ tunicæ, & ſuccinctę nigrum ſuperiectum pallium, ſcapularique amicto ab humeris reiecto, operam dedêre novæ Familiæ, Ardingo Epiſcopo Florentino favente; quam poſtea Benedictus XI., Nicolao Cardin. Praten. Ordinis Protectore urgente, primus approbavit, ſeptemque Pontifices, qui ſequuti ſunt, privilegiis ſummis ampliavêre.

In ipſis vero Religionis incunabulis Tertii Ordinis Servorum Fundatio incepit. Iuliana quippe Falconeria conditrix extitit, Fœmina nobiliſſima, quæ B. Alexii ex fratre Clariſſimo Neps, cuius felix obitum pervetuſta ſequens Inſcriptio, quæ iamdiu in Sanctiſſimæ Annuntiatæ legebatur, oſtendit.

Iuliana Miraculis illuſtris, Virginalis gloria Falconeria, Florentiæque, ac Religionis Servorum grande Decus, ſanctum patrui Alexii animum imitata, qui unus ex ſeptem ſui Ordinis Conditoribus fuit, e cœlo, unde venerat, in ortu duplicis Solis Sol ipſa ridere viſa eſt anno Dñi MCCCXLI. Florentiæ in Ædibus D. Annuntiatæ decimanona Iulii.

Hæc denique in album Sanctorum in dies, curante Eminentiſſimo Alexandro S. R. E. Cardinali Falconerio eiuſdem Familiæ, deſcribenda eſt.

De

Google

De Origine Monialium Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis.

CAP. III.



X Archangeli Giani Opere de Origine Servorum B. M. Virginis, atque Chronicis eiusdem Ordinis narrationem sumpsit, quæ sequitur, Philippus Bonannius Soc. Iesu, quam nos hic brevitatis caussâ transcribimus.

Sanctus Philippus Benitius cum circa annum 1285. *Tudertum proficisceretur, duæ meretrices illi obviam iverunt in Monte inter Urbem Narniam, & Tudertum sito, qui a Terrâ Arnolfâ nomen accepit. Illas benigne reprebendit Philippus, & subministratâ eleemosynâ, cum eis pepigit, ut spatio trium dierum a congressu virorum se abstinerent. Pollicitæ hoc illæ fuerunt, iuramento addito; mox tantus tremor eas invasit, ut timore Divinæ vindictæ se semper victuras a labe immunes statuerint, & Magdalenam peccatricem imitantes misericordiam Dei expostulaverint. Diebus sequentibus a B. Philippo edoctæ in domum se receperunt, ut ibi clausæ viventes, feliciter ad cœlum migrare possent. Earum exemplo aliæ piæ mulieres accesserunt, ut ab hominum consortio segregatæ Deo famularentur, veste indutæ, quam Deipara Ordini Patrum Servorum præscripserat. Annuit B. Philippus, eoque defuncto, cæteri eius Ordinis Moderatores Regulas illis præscripserunt. Vocatusque est earum Cœtus secundus Sororum Claustralium Ordo, primus enim erat Virorum, tertius earum Mulierum est, quæ aliquas Regulas profitentur Deo oblatæ, non tamen in clausura degentes, nec Vota Religiosorum emittunt. In multis deinde Italiæ partibus auctus est, erectis Virginum Cœnobiis, quibus habitus similis præscribitur ac Viris, dempto caputio, cuius loco velamen nigrum capiti imponunt.*

Quis

Digitized by Google

Quis primus Eremitarum D. Hieronymi de Fesulis Ordinem instituerit.

CAP. IV.


Odem exemplo haud multo post alter Religiosorum Virûm Ordo Fesulis antiquissimâ Etruriæ Civitate auspicatur per piissimum Civem nostrum Carolum Montis Granelli Comitem ex Comitibus Guidis, qui quum sibimetipsi Domum Orationis petiisset, ibique Eremitanam vestem sub D. Hieronymi tutela elegisset, novum Ordinem Eremitarum Hieronymianorum nuncupatum inchoavit. Nimium quidem de primo Fundationis anno certatim diffidere videntur Scriptores, quum eius primordia Sylvanus Razius anno 1370. assignet, P. Graveson anno 1380., Polydorus Vergilius 1400., Paulus Mini 1406. cui adhæret, cum Philippo Bonannio, Paulus Morigia Ordinis Fratrum S Hieronymi, vulgo *della Calza* alumnus, sed omnes non sine lapsu, ut ex infra afferendis patebit. Verum enimvero quum inter allatos Scriptores Gravesonem nominarim, audiamus modo quæ ipse narrat, scilicet: *Congregatio Eremitarum S. Hieronymi de Fesulis, quæ a B. Carolo filio Antonii Comitis Montisgranelli Diœcesis Sarsinatis in Romandiolâ anno* 1380. *fuit incboata, ad Regularem Professionem secundum Constitutiones S. Hieronymi nomine insignitas, ab Innocentio VII. admissa, & approbata est anno MCCCCV. confirmata etiam a Gregorio XII. anno MCCCCXV. Regulam S. Augustini deinde Eremitæ huius Congregationis amplexi sunt, approbante Eugenio IV., qui Generalis Præpositi eligendi facultatem ipsis concessit, & multis gratiis, ac privilegiis Congregationem cumulavit Constitutione dat. vij. Kal. Aug. an. MCCCCXLI.* Multa consulto omisimus, ne Scriptores ipsos de Vitis Fundatorum tractantes transcripsisse potius, quam ex præcipuis præcipua, ac necessaria selegisse videamur. Attamen referre lubet, quæ P. Paulus Morigia ait, nempe: *Io per mio avviso tengo, che Carlo Granello, e Redone Granello, e Gualtieri Marsi fossero Compagni in questa tanta opera, i quali*

Hist. Eccl. T. vij.

i quali tutti tre furono concordi nel santo proponimento, e acquistarono nome di gran santimonia. Non passò molto, che adunarono di molti Discepoli, alli quali diedero il modo, e la norma di vivere Religioso, & eglino si sforzavano non solo d' insegnarli con le parole, ma più co' fatti. Fu poi approvata questa Congregazione da Gregorio Duodecimo, allora gran Pontefice Romano, e misegli sotto la Regola del Divino Agostino, e diedegli un cert' Abito di lana di color bigio (ravi coloris, mavult Bonannius.) *Si cingono la tonaca con cinta di cuoio, e di sopra portano un Mantello crespo, e davanti fesso, e già portavano i Zoccoli di legno, ma da trent' anni in quà gli hanno lasciati*. Hæc Morigia circa dimidium sæculi decimisexti scribebat. Sequitur: *Fu anco confermata da Papa Eugenio Quarto, il quale l' arricchì di molti Privilegj, a simiglianza degli altri Mendicanti. E per essere stati gli già detti Autori del terzo Ordine di S. Francesco, come vogliono alcuni, per questo gli fu dato quell' Abito bigio, siccome ora si veggono. Questa Congregazione non si estende fuori di Italia, ed ha da trenta in quaranta Monasterj*. Cæterum Ordo ipse sub Clemente IX. anno 1668. una cum aliis defecit.

Carolus vero, ut ad rem redeam, erecto funditus Veronæ Cœnobio S. Iohannis in Monte, incolisque repletis aliis S. Mariæ vulgo *delle Grazie* Venetiarum, necnon D. Hieronymi Patavii, Venetiis Anno Domini 1417. non 1433., quod asserere visus Contarenus, corporis vinculis solutus, cœlestem mansionem assequutus est. Nec silentio prætereundum censeo, Carolum hunc piissimum inter Beatos, ac Sanctos ab Historiis adnumeratum, cuius Capitis Reliquiæ Fesulas in Divi Hieronymi ejus Ordinis primo translatæ, Florentiæ non multis ab hinc annis depositæ in nocturno Sodalitio adservantur S. Hieronymi sub Nosocomio D. Matthæi, una cum marmoreo hoc titulo:

Hac Urna e Comitibus Montis Granelli Caroli
Nostræ Religionis Auctoris, qui Crucem Christi
ferventi caritate tulit, colendum caput iacet.
Obiit autem Venetiis Anno MCCCCXVII.
v. *Septembris*.

Unum denique addam de tempore Fundationis testimonium a Scipione Ammirato Iuniore ad hanc diem servatum in calce Historiæ Comitum Guidorum, nempe: *Pietro Franchi Canonico della Cattedrale di Fiesole mio Amico vecchio, mi ha mandato*

copia

copia di una Iscrizione intagliata in una pietra serena, la quale dice trovarsi murata in una Cella assai antica di quel Convento, che è tale:

Religio Mendicantium Divi Hieronymi a Beato Carolo Domini Antonii Comitis Montis Granelli Filio Diœcesi Sarsinatensi Fesulis hoc in loco instituta fuit & initium sumsit Anno Domini MCCCCIV. Innocentio VII. Summo Pont. atque a Gregorio XII. approbata, & confirmata.

De Origine Congregationis Oratorii.

CAP. V.



Ale aliquid molitum esse novimus Divum Philippum ex Florentina Neriorum progenie anno 1515. ortum. Hic namque, Francisco Bocchio teste, Vir ad pietatem utcunque factus, sesque ad mores omnium salvâ probitate accommodans, vix sacris initiatus, & ad presbyteratus Ordinem evectus, eo sanctimoniæ exemplo, doctrinâ, ac moribus devenit, ut Romæ anno Reparationis humani generis 1575. Sacerdotum Sæcularium Familiam ad Apostolicam, communemque vivendi formam secum ipse deduceret, talique ritu constituit, ut ab uno inter eos singulis trienniis electo dirigerentur; suffragante gratiis Gregorio XIII. Pontifice Maximo, cuius auctoritate Congregatio hæc, Oratorii nuncupata, fundata est. Huiuscemodi Sacerdotum præcipuum studium est in proximorum salute procuranda, in Templo Sacramentorum administratione, & e suggestu exhortationibus, in privatis Oratoriis verbis, aliisque piis industriis, in quibus Romæ præcipue quotidie occupantur. Congregationem denique hanc Paulus V. Apostolicis Litteris sub anno 1612. confirmavit. *Præter Romanam* (inquit Bonannius) *extant variis in locis similes Congregationes, in Regno Neapolitano, in Mediolanensi, & Genuensi ditione, in Regno Siciliæ, in Sabaudiâ, & per Italiam: non tamen una Domus ab aliâ dependet, sed in omnibus in proximorum salute procurandâ singuli D. Philippi imitatores similes industrias exercent.*

Hacte-

Hactenus Bonannius. De primis Congregationis fundamentis hæc Romæ in Peristylio Divi Hieronymi Caritatis leguntur.

Beato Philippo Nerio Florentino
Ut ubi ad trigintatres annos eximiæ Sanctitatis, & miraculorum laude claruerat,
Innumerisque ad Christi obsequium traductis,
Prima Congregationis Oratorii Fundamenta iecerat;
Ibidem aliquod eius rei monumentum extaret,
Templi huius Domus, ac Sacerdotum deputatus,
Annuente piissimâ Congregatione Caritatis,
Parenti in spiritu optimo benemerenti posuit
Kalendis Septembris MDCV.

Fundator vero vivere desiit Anno Christi 1595. Petrus postea Binus Bernardi filius Patricius Florentinus, Sacerdos intaminatis moribus, qui dum Romæ ageret ab Eleemosynis secretis fuit Urbani VIII., Congregationem Oratorii Florentiæ, Francisco Cerretanio Florentinâ item patriciâ gente orto, comitante, fundavit anno 1632. ut patet ex sequentibus, quæ hic in Sacristiâ, ut aiunt, Ecclesiæ Oratorii leguntur.

V. P. Petrus Binius Congregationis Oratorii Florentiæ Fundator
Sanctitatem Virtutibus meruit, miraculis comprobavit.
Obiit anno Salutis MDCXXXV. v. Kal. Ianuarii, Ætatis suæ xxxxiii.
Eius Corpus triduum in Templo expositum
Archiepiscopi Florentini, Magnatum,
Ac plurimi confluentis Populi
Pietas venerata est.



P. Franciscus Cerretanius Patricius Florentinus
Congregationis Oratorii Florentiæ una cum Ven. P. Petro Binio Fundator
Post Collegæ obitum per triginta ferme annos Vineam sibi locatam excolens
Vitæ innocentiâ, morum suavitate,
Ac insigni in pauperes munificentiâ enituit:
Demum omnium Civium suorum lamentatione decessit
Pisis anno a Nativ. Domini MDCLXVI. Prid. Kal. Martias
Ætatis suæ LVII. Mense x. Die xx.

B Quo-

Digitized by Google

Quomodo Ordo institutus Monialium Solitariarum sub Titulo S. Mariæ de Providentia.

CAP. VI.



Uperius attigimus Monialium Servorum B. Mariæ institutionem, nunc Ordo addendus Monialium Solitariarum iuxta Institutum S. Petri de Alcantarâ a Francisco S. R. E. Cardinali Barberino Florentiæ anno 1597. nato, auspicatus, de quo ita Philippus Bonannius Soc. Iesu in Catalogo Ordinum Religiosorum. *Cum in Terrâ Faræ reperiretur Monasterium Monialium sub titulo S. Mariæ de Succursu tertii Ordinis S. Francisci, Franciscus Episcopus Ostiensis Cardinalis Barberinus, qui Monasterium S. Mariæ Farfensis in commendam obtinuerat, in situ huic Monasterio contiguo aliud suo ære construxit, ut in eo aliquot Moniales vitam ducerent solitariam, & austeram, a sæculo omnino segregatæ, & divinarum rerum contemplationi operam dantes, aliquo modo compensare studerent eam relaxationem morum, quam nimia cum sæculo communicatio in multa invexit monasteria. Titulum illi imposuit S. Mariæ de Providentiâ succurrente, Monialium Solitariarum Excalceatarum Ordinis S. Claræ iuxta institutum S. Petri de Alcantarâ. Ut Cœnobii huius fundamenta ponerentur, aliquæ Moniales ex prædicto antiquo Tertiariarum Monasterio selectæ sunt, ex indulto Sedis Apostolicæ, aliæ vero e sæculo receptæ, regnante Clemente X. anno 1676. Constitutionibus multis præscriptis ab eodem Cardinali Barberino, & ab Innocentio XI. Bullâ* Sacrosancti Apostolatus *anno 1678. approbatis, quibus Divum Petrum de Alcantarâ omni, quo possent, conatu imitarentur. Veste laneâ, rudi, & pannosâ ob id indutæ incedunt, quâ nunquam exuuntur, cum brevi mantello fune crasso cinctæ, nudis omnino pedum plantis, nisi forte aliquando invaletudo probibeat. Velamen capiti imponunt nigrum, quod ante oculos sæpe dependet infra pectus extensum. Silentium perpetuum servant ab omni commercio segregatæ. Illis aliquot Virgines, extra septa Monasterii degentes, sub directione piæ fœminæ cibos, cæteraque ad vitæ conservationem necessaria administrant, ut melius Deo, & sibi tantum*

va-

Digitized by Google

vacent, ab omni rerum temporalium curâ solutæ. Hæc omnia (subdit Bonannius) *narrantur in Constitutione Innocentii XI & in Regulis a Cardinali Francisco conscriptis*. Cæterum de Fundatore, atque Institutore hæc ab Alphonso Ciacconio breviter: *Urbanus Franciscum Barberinum Florentinum, Caroli fratris Filium, in Ordinem Diaconorum Cardinalium cooptavit anno 1623. sext. Non. Octobr alio die, titulo S. Onuphrii, a quo ipse ad Summi Apostolatus apicem translatus a Deo fuerat, insignivit, paulo post ad Diaconiam S. Agathæ transtulit &c.* In hunc denique Franciscum, Virum laudatissimum, Alexander Pollini Florentinus cecinit:

Sacri Senatus columen, & decus magnum
Franciscus.

Sed melius Nicolaus Heinsius:

Tu Genius Patriæ, luxque, vigorque tuæ.

Obiit Barberinus anno 1679.

De Institutione Congregationis Monialium, vulgo le Ancille della Santissima Verg. &c.

CAP. VII.



QUum ea proprie, communi Philosophorum, Iurisprudentumque sententiâ, Patria dici debeat, in quâ gignimur, atque concipimur, etenim non prius Pater, quam Patria nos contingere videtur; hinc est quod Auctrix Congregationis Virginum, quæ Minimæ Ancillæ Sanctissimæ Virginis nuncupantur, aliarumque titulo SS. Trinit. quæ nunc Dominæ vocitantur *della Quiete*, Eleonora scilicet Ramirez de Montalvo e Saxettæ Dominis, nostrâs iuremerito vocari potest. Quum enim illam Mater eius ex coniuge suo Florentiæ conceperit anno Christianæ Reparationis millesimo sexcentesimo primo, nil quidem officit, eam Ianuæ postmodum peperisse. Accedente maxime quod Pater Florentiam reversus filiam hanc educandam Nobilibus Monialibus tradidit D. Iacobi, donec Horatio Landio Patricio pariter Florentino optimis moribus Viro, reluctantem licet, iungi voluit, ut apud

Cl. Virum Salvinum Salvinium Canonicum Florentinum in Faſtis Conſularibus Academiæ Florentinæ editis Florentiæ 1717. videre eſt. In quo quidem connubio brevi vixêre optimi coniuges, Horatio defuncto, quem piæ Eleonoræ ad Deum fuſis precibus obtinuiſſe tradunt, ut cum uxore commoratus ſit tanquam uxorem non habens. Eleonora ſponſo orbata ſolitudinem exoptans una cum aliquibus Puellis in Domum quandam ſe recepit ære ſuo conductam, & demum coemptam a Baſilicâ Laurentianâ parum diſtantem, in quâ novæ Religionis fundamenta iecit, conſilio atque ope P. Marcellini Albergottii Societatis Ieſu, necnon D. Michaelis a Ieſu Fulienſis Ordinis Monachi; indeque aliam domum, tertio fere ab Urbe lapide eo loci, qui nuncupabatur *la Quiete*, ſeptem millibus ſcutorum ab Alexandro del Nero, Franciſci Baldeſii ære redemit, ubi inſtitutam Religionem anno ſalutis 1650. propagavit adſcitis Nobilibus Puellis, quibus nec minor in ingreſſu Aſceterii annorum quinque ſit ætas, nec ſeptem excedat; quod ſancitum eſt in Conſtitutionibus, quarum exemplar ab eruditiſſimo, humaniſſimoque Antonio Franciſco Marmi D. Stephani Equite mihi communicatum eſt. Obiit Venerabilis Fundatrix anno Domini 1659. ut liquet ex ſequenti marmoreâ Inſcriptione in Eccleſiâ Aſceterii *della Quiete*:

D. O. M.
Hic iacet Corpus Don. Eleonoræ D. Io: Ramirez de Montalvo
E Saxettæ Dominis Filiæ Hiſpan. & Florent. Nobilit. præclaræ
Chriſtianâ vero perfectione clariſſimæ.
Ex Oratorio ab ipſâ Florentiæ erecto SS. Incarnationi translatum
Vigeſimâ die Septembris anno MDCLXXXIX.
Vixit annos LVII. menſ. 1. *dies* IV.
Obiit in hoc ſacro Nobilium Virginum Aſceterio
SS. Trinitati dicato, cuius Auctrix fuit
IV. *Idus Auguſti anno MDCLIX.*
D. Ferdinandus Ramirez de Montalvo Saxettæ Dominus
Eiuſque Fratres ex D. Antonio Conſubrino Nepotes PP.

Domus autem hæc Orationis, quæ & Eremus dicitur, a Mediceâ Regiâ progenie perpetuo favore ab ipſo Primordio proſequuta,

quuta, unde in mox laudatis Constitutionibus legere est: *Riconoscbino come principale Superiora di questa Congregazione la Serenissima Gran Duchessa di Toscana, avvertendo tutte d'essergli grate della sua benignità, e fare continuamente Orazione per la sua salute, e di tutta la sua Serenissima Casa*. Cuius vestigiis insistens piissima Princeps Anna Maria ab Etruria Rheni Electrix Palatina mirum in modum ampliavit, ditavit, suâque Regali præsentiâ, incolatuque in dies augustiorem redigit.

Qui Auctores Reformationis in Dominicana Familia Prædicatorum.

CAP. VIII.



Ulla est Italiæ Urbs, (ita Scriptorum consensu Bartholomæus Baphius Lucinianensis) *nulla transalpinarum, quæ unqnam Florentiæ Religione & erga Deum cultu par extiterit, tantum abest ut vicerit*. *De Felicitate Urb. Flor.*

In Urbe Româ per illud tempus, quo Religiosa Dominicanæ Familiæ disciplina paullo minus solito excellere videbatur, Reformatio illius, Florentini cuiusdam ope, incepta est. Narrat enim Iohannes Cinellius in Italiâ Litteratâ plurimis visis monimentis, ea quæ sequuntur: *Giovanni di Domenico Banchini dell' Ordine de' Predicatori &c. di Professione Teologo Laureato, Predicatore eccellentissimo, e primo Riformatore di sua Religione in Italia, fu da Gregorio XI. in Lucca, Arcivescovo di Raugia creato, e l'anno* 1408. *dallo stesso, Cardinale di S. Sisto. Fu Maestro di S. Antonino nostro Arcivescovo, e dell' Osservanza dell' Ordine in Roma inventore, ed autore*. Contigit id circa annum Reparationis humanæ 1390. ut patet ex Decreto Romæ promulgato Kal. Novembris eiusdem anni. *De constituendo* (sic P. Fontana de Romanâ Provinciâ) *in unaquaque Provinciâ uno Conventu pro strictiori observantiâ &c. In Romanâ delectus est ad hunc effectum Conventus S. Dominici de Cortonio, in quo Novitii, & inter eos S. Antoninus probationis tempus complevit. Qui autem Conventus immediate post ipsum Regularem Observantiam amplexatus*

sit,

Digitized by Google

sit, ignoramus: hoc unum ex Regestis Magistri Generalis Leonardi de Mansuetis &c. expiscari potuimus, Cœnobium S. Marci de Florentiâ fuisse primum in amplexu strictioris Regularis observantiæ, quod Fesulanus, deinde S. Geminiani Conventus sequuti sunt, & hi omnes dati sunt ab eodem Magistro Generali sub curâ Vicarii Congregationis Reformatæ in Lombardiæ Provinciâ. Decessit Iohannes Cardinalis tertio Idus Iunii A.D. 1419. ut ait Cinellius, vel 1420. uti placet cum Ciacconio, tum Patri Fontanæ, Budæ in Pannoniâ Legatus Apostolicus, pompâque perquam honorificâ ibidem in Ecclesiâ D. Pauli primi Heremitæ tumulatus est.

Hactenus de Religiosis Viris. Venio nunc ad Moniales, ad quas respicit nova veluti Institutio, de quâ hic agendum. Sæculo decimoquinto vergente in decimumsextum Virgo quædam extitit divinâ favente gratiâ fortis, cui nomen Dominica, filia cuiusdam Olitoris prope Monasterium vulgo *del Paradiso*, extra Ianuam Arretinam in suburbiis nostris degens. Hæc postquam aliquandiu in nobili Cœnobio Virginum S. Mariæ *di Candeli*, ut Religiosos mores susciperet versata est, coemptis quibusdam Ædibus eo loci ubi nunc Monasterium est *della Crocetta* nuncupatum, a se institutum, una cum duodecim honestis piisque Virginibus habitu S. Dominici, Ecclesiasticis, ut credere par est, approbantibus Superioribus, induta est, strictioremque observantiam una pariter cum suis spiritualibus Filiabus amplexata anno salutis 1516. nisi forsan, ut addubitare videtur Carolus Senator Strozza, 1515. Hinc contentiones maximæ ortæ sunt ex parte Fratrum Prædicatorum, sed piissima Fœmina ita precibus efflagitavit, ut ii ad quos spectat permisêre, ut Vitæ Rationem a sese institutam tum ea ipsa, tum alumnæ in posterum sectarent, dummodo rubræ crucis signaculo lævâ Vestis parte ab aliis Dominicanæ Familiæ Monialibus distinguerentur. Hinc in Presbyterio Ecclesiæ eiusdem *della Crocetta* in cornu Evangelii legere est.

Venerabili Matri S. Dominicæ a Paradisi Rure. quæ Divinâ favente gratiâ Monast. hoc a solo erexit. instituit. ac dotavit. piissimæ in Christo filiæ tamquam optime de se meritæ ad perpetuam facti memoriam posuerunt. Vixit Annos LXVIIII. M. X. D. XXVII. obiit die V. Augusti MDLIII.

De

De Inventione Corollæ Domini nostri nuncupatæ.

CAP. IX.



Ichael eremita Ordinis Camaldulensium, qui in Beatorum Cœtum iam inde ex multo tempore publicâ omnium voce relatus est, Florentiæ honestis parentibus prope annum Redemptionis nostræ 1440. ortus, in primis a Cyathis Laurentii Medicei, cuius gratiâ mirifice florebat, tum ipsius Viri indulgenti assensu in Religione Camaldulensium sese Deo dicavit; ubi Mariæ Virgini addictissimus, quam Rosarii recitatione singulis diebus venerari mos sibi fuerat, audire aliquando hanc cœlestem vocem sibi visus est. *Mei vero Michael, nunquamne memineris?* Hæc quidem quum semel atque iterum perpendisset, eam opinatus divini Oraculi verba præcipientia Christi Domini meditationem aliquam a sese excogitandam; hinc Corollam alteram instituere aggressus est, tali ritu trigintatribus vicibus Orationem Dominicam recitaret, nec non quinquies Salutationem Angelicam, trigintatres annos Vitæ Domini nostri simulque vulnera eius recoleret. Quem quidem pium morem ad praxim redigens, Corollam ex nodis abiegnis confecit, porrexitque Abbati Camaldulensis Cœnobii, qui Florentiam anno 1516. veniens, ubi tunc temporis Leo Decimus Pontifex degebat, cum huiusce Orationis formam a Pontifice approbari obtinuit, tum Indulgentiis, spiritualibusque gratiis augeri, & cumulari; quod & Gregorius Decimustertius die XIV. Februarii 1573. & Xistus Quintus tertiâ Februarii 1589. fecêre. Sequutus est eos Clemens Decimus novis Indulgentiis piissimam hanc orandi formulam locupletans. Ego vero in antiquis Notis mss. apud me, alias item gratias largitas lego per felic. recordat. Pium IV. *ad instantia dell' Illustrissimo Principe di Fiorenza Francesco, venendo dalla Madonna di Loreto a Roma in basciando il piede al Papa*. Sed de Mysteriis, ut aiunt, ac Indulgentiis eiusdem Corollæ fuse Franciscus Pifferi Camaldulensis, qui Librum suum anno 1602. Senis excusum Christinæ Lotharingiæ, Magnæ Etruriæ Duci deferens, inquit: *Della*

De-

Digitized by Google

Devozione, detta comunemente la Corona del Signore, credo, che, V. A. S. sappia, senza che io altro ne dica, fu (dirò così) divinamente Inventore il Beato Michele Fiorentino Eremita nostro Camaldolense, stato prima Famigliare del gran Lorenzo de' Medici, come nella Vita di esso Beato si ragiona: e che anche fu poi essa Corona da Leone X. di felicissima memoria, certificato della verità del fatto, non solamente per buona, e santa approvata, e comandato da lui, che da' Predicatori della parola di Dio si pubblicasse; ma ancora concedette a coloro, che la dicessono, alcune Indulgenze, come nel Breve di Sua Santità (datæ sunt hæ Breves Litteræ Florentiæ XVIII. mensis Februarii anni 1516. Pontificatus sui anno tertio) *chiaramente si vede; e da molti altri Sommi Pontefici ancora di più altre Indulgenze è stata arricchita.*

Unde mos inceperit Rosarii publice, alternatim, & alta voce recitandi.

CAP. X.



Ommendabilis huius ritus narratio desumi potest ex Vincentio Maria Fontana Ordinis Prædicatorum in Libro, cui titulus = *De Provinciâ Romana* = Scribit enim pag. 66. *In eadem Ecclesiâ (S.* Mariæ super Minervam) *P. Magister Fr. Timotheus Riccius Florentinus* (a Guillelmo Danielis de Ricciis genitus) *de Conventu Fesulano, nostri sæculi alter Alanus, erga Beatissimam Virginem summâ devotione affectus, sacrum Rosarium ab utriusque sexûs Fidelibus alternatim, & altâ voce recitandum voluit anno 1623. cum prius in solis Oratoriis ab hominibus recitaretur, quem Ritum & Neapoli postmodum, Venetiis, Mediolani, Ianuæ, ac Florentiæ induxit, & in cunctis Ecclesiis nostris cum animarum fructu exercetur. Decessit Pater piissimus in suo Fesulano conventu meritis onustus anno* 1643. Alibi item nempe pag. 162. eiusdem Operis = *Tandem pro coronide huius inclit i cœnobii ponimus Patrem Magistrum Fr. Timotheum Riccium, Virum Apostolicum, nostri sæculi iubar gloriosum, divini verbi in Italiâ tota præconem famosum, & alterum B. Alanum, Sanctissimi Rosarii B. Vir-*

B. Virginis promotorem maximum, qui devotione singulari erga Dei Genitricem affectus, dum Senis in Ecclesiâ Sancti Dominici Lectoris Sacræ Scripturæ munus subiret, Deo afflante, atque Sanctissimâ Dei Genitrice cor, & eloquium eius dirigente, Sacratissimum Rosarium, ad vitia extinguenda singulare præsidium, alternatis choris, voce elatâ recitandum in eodem templo a copioso populi concursu, primâ vice in Ordine, atque Orbe voluit, & obtinuit a viris; humani generis hoste mulieres a publicâ recitatione illius, verecundiæ prætextu, avertere contendente; quod anno 1622. contigit. Sequenti anno Patres Conventus Minervæ de Urbe eundem Sacræ Scripturæ in suâ Ecclesiâ Lectorem elegêre, qui in Urbem veniens, tanto mentis affectu Romano populo B. Virginis Rosarium prædicavit, ut etiam mulieres ad illud altâ voce, alternatisque choris cum viris recitandum, primo in Cappellâ B Virginis, in totâ Ecclesiâ postmodum, maximo utriusque sexûs fidelium concursu induxerit, & sequenti anno mandante Magistro Generali Sicco Neapoli, postmodum Mediolani, Venetiis, atque in cæteris principalioribus Italiæ Urbibus idem præstitit, cum prius a Sodalibus tantum in Oratoriis recitaretur, qui mos ad cæteras Ordinis Ecclesias deinde advolavit, & maximo Christianæ rei, atque Ordinis incremento perseverat.

De huius ritûs auctore videndus Hippolytus Marracci in Bibliothecâ Marianâ, & Iulius Nigrius, qui Riccium reliquisse ait præ cæteris libellum typis Neapolitanis apud Dominicum Maccaranium excusum 1630. scilicet: *Il modo di recitare alternatamente il Rosario.*

A quo statutum est ut quotidie Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum solemniter expositum adoraretur.
CAP. XI.



Lemens Octavus Sylvestri Aldobrandini Patricii Florentini filius anno salutis 1536. natus, atque in Vaticano Solio anno 1592. collocatus, vix ad Apostolicæ Navis moderamen conversus, inter cætera, ut Romæ die qualibet Divinissimum Eucharistiæ Sacramentum in assignatis Templis solemniter expositum adoraretur, sanctissime instituit. Testis est Carolus Cartharius in Syllabo, ut ei appellare libuit, Advoca-

Digitized by Google

torum Consistorialium pag. 159. Aliud item documentum habemus penes Andream Victorellum in Notis ad Ciacconium his verbis: *Romæ autem instituit* (Clemens) *ut quadraginta horarum Oratio in Templis ita distribueretur, ut die, noctuque toto anni curriculo, precum incensum in Dei O. M. conspectu dirigeret*. Obiit Summus Pontifex anno 1605. Eiusdem sepulcrale Elogium ita posteritati transmisit Paulus V. ut ex verbis inferioris Inscriptionis patebit.

Clemens VIII. Pontifex Maximus
Patriâ Florentinus.
Ex Aldobrandinâ Familiâ
Hippolytus antea nuncupatus
A Pio V. Pont. Max.
Inter Romanæ Rotæ Auditores adscriptus
Postea Datariæ a Sixto V. Præfectus
Eximiæ eruditionis summæque integritatis
Laudem promeruit.
Ab eodem Summo Pontifice
In amplissimum Cardinalium Ordinem
Adlectus est.
Maiorisque Pœnitentiarii bonore
Auctus.
Legatus etiam
Ad Sigismundum Poloniæ Regem missus
Gliscentem inter ipsum
Et Rodulphum Electum Imperatorem
Discordiam sedavit.
Innocentio IX. Pont. Max. vitâ functo
Ad Ecclesiæ Catholicæ Regimen vocatus
Prudentiâ Pietate Vigilantiâ
Cæterisque Virtutibus Christi Vicario dignis
Excelluit.
Omniumque consensu
Pontificibus vere maximis
Adnumeratus est.

Clementi VIII. Pont. Max.
Paulus V. Pont. Max. Rom.
Grati animi Monumentum posuit.

Quia

Digitized by Google

Quis Ordinis Equitum Sancti Petri Apostoli Auctor fuerit.

CAP. XII.

Mediceam laudare domum, si tentet Homerus,
Haud fuerint numeri, haud Attica verba satis. *Paulus Vintha*


EO Decimus Pontifex Maximus Florentiæ anno Christi 1475. natus, Patre Laurentio Mediceo Viro omnibus annalibus celebrato, Matre Clarice Ursina nobilissimâ Fœminâ, adhuc adolescens iis virtutibus claruit, ut annum tantum agens XIV. in S. R. E. Cardinalium Collegium cooptaretur. Ad Summum Pontificatum Idibus Martii 1513. evectus, paucis post annis, nempe anno 1520. si credamus Alphonso Ciacconio, atque Francisco Mennenio Antuerpiensi, novum Equestrem Ordinem instituit quadringentorum Militum, qui Equites S. Petri adversus Turcas appellarentur. Tale quidquam testatus est Bernardus Iustinianus de Origine Equestrium Ordinum Cap. 65. inquiens: *In qual grado di zelo fosse l' assistenza verso la Religione, professata da Leone X. Sommo Pontefice, per la conservazione, e aumento della S. Chiesa, e Fede Cristiana, lo dà a divedere l' istituzione della nobile Cavalleria per esso fondata l' anno* 1520. Hi Equites (sequitur Ciacconius) *coemptis privatâ pecuniâ eius dignitatis officiis, ex vectigalibus quotannis centum aureos accipiebant, & immunitatis prærogativâ iuvabantur.* Hinc Franciscus Sansovinus in Origine Equitum: *Il Papa parimente fa Cavalieri per dignità, siccome ancor fanno gli altri Principi, ma crea ancora un' altra sorte di Cavalieri, ma per denari, percioccbè vi sono Cavalieri di S. Pietro &c.* Discrepat aliquantulum quod a Philippo Bonannio Soc. Iesu scriptum legimus, scilicet: *Leo &c. Concilium Lateranense celebravit, in quo bellum contra Turcas firmatum est. Collegium quadringentorum & unius Virorum instituit anno vigesimoprimo supra millesimum quingentesimum, Constitutione:* Sicut prudens &c. *quos Milites S. Petri vocavit Participantes; quibusdum singuli mille Florenos auri de Camera pro Romanæ Ecclesiæ*

necessitatibus sublevandis persolvissent, annuam pensionem Scutorum quinque pro singulis centenariis persolvi mandavit, eosque cum primogenito filio inter Viros Nobiles primariæ Nobilitatis adscribi voluit, Comites dici Palatii Lateranensis, pluraque privilegia iisdem concessit, quorum aliqua S. Pius V. revocavit. Huiuscemodi Ordinis fit mentio in Bullâ Institutionis Equitum S. Pauli, unde hallucinatus est Iustinianus, Ordinem S. Petri, eundem esse opinans ac S. Pauli. Clarius vero, ac luculentius apud Aubertum Miræum Bruxellensem in Cap. 8. Originum Equestrium Ordinum, ita anno 1609. in quo florebat, scribentem: *Equitum S. Petri a Romanis iam olim Pontificibus institutum, ac vectigalibus dotatum. Viros de Ecclesiâ, aut Republicâ benemeritos, quos in illud adoptat Pontifex summus, eosdem annuo censu bonorare solet.* Dignitatem, splendoremque huius Militiæ late describit Hieronymus Parabosco in Epistolâ Petro Aretino, quæ in medium afferri potest, videlicet: *Veramente, Signor mio, siccome il merito delle Virtù vostre (e sia detto con pace d' ognuno) è maggiore di tutti gli altri, così è degna cosa, che ne siate anco da tutti i maggiori Principi in parte ricompensato, nè altramente potreste voi ricevere giusto, o conveniente guiderdone; percioccbè i testimonj del valor vostro, siccome egli è grandissimo, bisogna, che siano di fede, e di autorità similmente grandissima; fra tutti i quali, che sono pur senza fine, di quello, che oggi ha dato al Mondo di avervi perfettamente conosciuto il Sommo Pontefice, mi rallegro. Io mi rallegro, che Sua Santità v' abbia fatto Cavaliero di San Pietro, la qual cosa dona tanto maggior segno dello amore, ch' Ella porta alla virtù vostra, quanto è stato manco tempo dopo la felice, e santa esaltazione sua; chi potrà dire, che Sua Beatitudine non v' ami al par de' suoi più congiunti parenti? più fedeli, e vecchi servitori? poichè ad uno stesso tempo, e di voi, e di loro s' è ricordato? ed in tempo tale, che se minore assai fosse stato l' onorato, e ricco presente, che Sua Santità v' ha fatto, si poteva paragonare con qual maggiore v' avesse ogni altro Principe potuto fare. Vivete adunque lieto, che così come il maggiore uomo, che viva, vi ha dato il maggior segno d' amarvi, che a cotal tempo dar vi potesse, così dovete sperare, che del grandissimo valor vostro ricordevole, per lo avvenire non v' abbia a mancare &c* Habebant autem, ut ad rem redeam, Equites isti *pro insigni Crucem coloribus distinctam*, inquit Miræus, quâ auctoritate nescio; pro Cruce numisma

assi-

aſſignat Iuſtinianus, & cum eo Bonannius his verbis. *Torquem inſuper aureum ante pectus, a quo penderet numiſma cum imagine D. Petri in alterâ eius parte, in alterâ vero inſignia Pontificia.* Quod quidem adeo verum, ut apud Auguſtum Thuanum legimus, Poncetum quendam poſt varias peregrinationes ad Urbem venientem, a Pontifice S. Petri torque donatum. Cæterum Bonannius: *Veſtem illis* (Equitibus) *præſcripſit rubram, deferendam in Coronationibus Pontificum, nigram vero illis demortuis &c.* Hunc Ordinem Paulus III. confirmavit; at poſt obitum Pontificis eius ſplendor defecit. Unde hæc Iuſtinianus: *Si eſtinſe queſto Cavalierato, come vogliono Stefano Pigbio, D. Giuſeppe de' Michieli f. 62. il P. Andrea Mendo de Ord. milit. f. 13. con molti altri per eſſo citati, Gio: Caramuele Theolog. Reg. P. 9. Epiſt. 5. num. 2405.*

De Equeſtris Ordinis Militum S. Stephani initiis.

CAP. XIII.



Uid de Religionis curâ (Philippus Mediolanenſium Dux Podio Bracciolini ſuo in Epiſtolâ quadam ſcribebat) *Quid de Religionis curâ referam? in quibus adeo Urbs veſtra* (Florentia) *creditur excellere, ut cum nonnullæ Italiæ Urbes unâ, aut aliâ in re babeantur præclaræ, bac ſolâ maximæ non inferiores tantum, ſed barbaræ quodammodo cenſeantur eſſe.* Hinc commodiſſime ſubiiciemus nobiliſſimi D. Stephani Pontificis, ac Martyris Equeſtris Ordinis initium, cui Duces, prælia, partique contra Turcas triumphi æternum ubique locorum nomen compararunt. Condidit præclarum hunc Ordinem Coſmus Primus Magnus Etruriæ Dux, qui & primus fuit magnus Ordinis Magiſter, utpote ingentis animi, ſummæque Prudentiæ Princeps, anno Reparationis humanæ 1561. fauſtis auſpiciis, Claves D. Petri Pio IV. moderante, ſacramque Militiam iis privilegiis ditante, queis Equites fruuntur Hieroſolymitani. Sub idem vero tempus Ordo Livonicus Gladiferorum, ſeu Militum Chriſti in Livoniâ abrogatus deſiit. Audien-

diendus Io: Baptista Cinius in eiusdem Cosmi Vitâ Lib. 7. *L' anno 1561. a' 6. di Novembre fondò la sua Religione di S. Stefano a somiglianza di quella di San Giovanni, che oggi risiede in Malta, eccetto che i suoi, oltre a quel che è concesso a quelli, furono abilitati a potere tenere moglie, ma col medesimo obligo di fare contro a' Corsali infedeli perpetua guerra, contrassegnandoli con la Croce rossa, in vece della bianca, che da quelli è portata, la quale fusse appunto della medesima forma, e grandezza; e gl' intitolò col nome di quel Santo, perchè nel giorno, che dalla Chiesa si fa la celebrazione di S. Stefano Papa, si era conseguito la Vittoria di Marciano, cagione certissima di confermare a Lui lo Stato, e d' assicurare la Toscana da una grandissima revoluzione di tutte le cose*. Huiusmodi consilium præcipue fuit, ut, Equitum ope, littus Tyrrhenum a Turcarum, & Pyratarum excursionibus tueretur, classemque ad expeditiones contra Mahumetanos suscipiendas, non solum rebus necessariis, verum etiam hominibus rei maritimæ gnaris optime instructam haberet. Equites ii laneo, & profundo utuntur syrmate manicato albi coloris, rubro serico subsuto, & Cruce item rubrâ superpositâ, Benedicti Ordinem profitentur, Legibus, ac Statutis a Francisco Sansovino relatis. Fundator autem Templum Equitibus, ac Domicilium Pisis attribuit. In *Cosmianar. action. l. 2.* hanc porro Institutionem Sebastianus Sanleolinus cecinit.

——————Stephani de nomine dictam
Militiam instituit: fulgentibus induit Armis
Illustreis meritis Iuvenes, & Gente vetustâ;
Purpureâque Cruce, atque albenti ornavit amictu:
Æmulaque extruxit laqueata Palatia Cœlo;
Ditavitque Opibus largis, Classemque paravit
Omnibus instructam telis, & remige duro,
Fortia quo contra modo Propugnacula Turcas
Christiadum maria expurgent, infida lacessant
Littora, captiventque Getas, Parthosque trucident.

Rerum quidem omnium, quibus ad virtutem accendimur, nihil est quod nos perinde excitet, quam si ad imitandum hi nobis proponantur, quibus propter singularem probitatis opinionem ab omnibus plurimum tribui videmus; dici enim non

potest

Digitized by Google

pot est quantopere ad imitandum invitemur, siquando illud probari intelligimus, quod sequuturi sumus. Quo factum est, ut eo ipso tempore, quo Cosmus Magnus Etruriæ Dux Militum Ordinem summâ laude instituebat, simili pietatis & gloriæ consilio eius Coniunx Eleonora Petri Toletani Viceregis Neapolitani filia, Monialium eiusdem Ordinis Familiam composuit, duplici erecto Claustro, nempe Divi Benedicti Pisarum, Sanctissimæque Conceptionis Florentiæ, Clemente VIII. suo Diplomate: *Superna dispositione &c.* approbante; de quibus plura scribere supervacaneum.

De antiqua Institutione aliquarum Societatum præcipue S. Mariæ Crucis, seu Templi Florentiæ.

CAP. XIV.



Ivinis rebus faciundis, Religionique excolendæ vacantibus in Christianâ Republicâ Sacerdotibus, ne profanis vulgi hominibus, quibus soboli procreandæ, ac imperio administrando necessum est operam dare, divina celebrandi officia commoditas deesset, institutæ ubicumque pietatis collegia, cœtusque virorum, qui divini cultûs caussâ subsecivis horis mutuâ caritate convenientes, orant, pauperes alunt, cadavera pollingunt, sexcentaque pietatis officia laudabili consuetudine adimplent. Inter multas Congregationes ad pias huiuscemodi exercitationes introductas (omissâ Societate Romæ S. Johannes Baptistæ Florentinorum ad fideles vitâ functos sepeliendos anno 1448. a Florentinis notabili pietatis exemplo instituta) dubio procul minorem haud locum sibi vindicat quæ Florentiæ Societas S. Mariæ Crucis a Templo nuncupatur. Huius enim præcipuum munus versari iam inde ab initio cepit in miseris furcâ ob capitalia crimina, vel alio mortis supplicio plectendis, quos lectissimus Cœtus spiritualibus auxiliis ultimum ad usque vitæ spiritum sublevare contendit. Quod attinet ad huius muneris rectam diagraphen, accipito quæ Benedictus Varchius Historiarum Libro 9., ubi

Digitized by Google

ubi nihil prætermittere visus, quod ad leges, quod ad mores; quod ad disciplinam Reip. pertineret. *Evvi eziandio* (inquit) *la memorabile Compagnia del Tempio, chiamata de' Neri, gli uomini della quale, dato che s' è il comandamento dell' anima ad alcuno, che deve esser giustiziato, vanno a confortarlo tutta notte, e il dì l' accompagnano a uso di battuti colla tavoluccia in mano, sempre confortandolo, e raccomandandogli l' anima insino all' estremo punto.* De Fundatione autem ita testatur Carolus Senator Strozza, Pater antiquitatis vocatus, ubi fuse de Florentinarum Ecclesiarum Fundationibus disserere est aggressus, scilicet: *Questa ebbe principio l' anno* 1336. *e fu fabbricata fuori della Porta di S. Francesco, vicino al Prato, o Campo della Giustizia, lungo la strada per la quale erano soliti passare quegl' infelici, che per giustizia a morte erano condennati, i quali allora in quei tempi, senza che alcuno gli confortasse, o gli somministrasse in quel punto quello era necessario per salvar l' anime loro, andavano alla morte senza ajuto alcuno spirituale. Compunti l' anno* 1346 *i Fratelli di questa Compagnia da simile infelicità, cominciarono quando passavano questi miseri ad accostarsegli, confortandogli, e riducendogli a memoria il necessario pentimento de' peccati commessi per potersi salvare.* Nec multo post: *La Republica Fiorentina l' anno* 1361. *donò a quella Compagnia braccia* 30. *di terreno fuori della Porta di S. Francesco vicino al luogo della Giustizia, perchè vi facesse fabbricare una Cappella, dove nel passare i condennati a morte potessero sentir Messa, ed i loro Corpi vi si potessero seppellire. L' anno* 1366. *dal Vescovo di Firenze fu detta Compagnia confermata, e dal Pontefice concedutele molte Indulgenze.* Hinc huius Societatis Fratres anno 1408. elegêre *fra loro dodici Confortatori, e parendogli di poco numero, l' anno* 1424. *deliberarono, che fussero sino in* 24. *e l' anno* 1442. *l' accrebbero sino al numero, che sono oggi.* Hinc denique apud exteros mos invaluit, ut simile pietatis officium exerceretur, potissime in Urbe Româ, ubi a Florentinis hominibus anno 1488. Confraternitas titulo Misericordiæ Nationis Florentinæ ad idem munus subeundum auspicata est.

Quis

Quis primus Legum Glossator Iuri perfectionem addiderit.

CAP. XV.



Ummis sæpenumero laudibus a Romanæ eloquentiæ Patre Iuris cognitio, & interpretatio celebrantur, quod illæ semper in honore fuerint apud homines. Omissis itaque quæ Pandulphus Collenutius de Iurisconsultis nostræ Urbis cecinit:

——— hic consultissima Iuris
Turba foro gaudens, & iusti noscere certum
Docta modum, & dubios legum dissolvere nodos;

occurrit Verinus Iurisprudentium omnium proferens Antesignanum Accursium Florentinum, quem fulgentissimum iubar Legum ICti omnes suspiciunt, laudant, prædicant.

Iurisconsultos interpres Accursius omnes
Expellit, brevibusque notis ænigmata Legum
Exposuit, nullusque error reperitur in illis.

Hic origine populari natus in Suburbiis Florentiæ prope Commune Montis Boni, ubi per plura sæcula Domus extitit, quæ *lo Studio d'Accursio* vocitabatur, mirâ temporis brevitate artes didicit liberales. Audito inde Azone, viro eâ tempestate Bononiæ in rostris clarissimo, novum genus interpretandi Iuris investigare aggressus est, adeo ut universos Legum interpretes claritate, ac brevitate non modo vicerit, sed maximam Iuri perfectionem tribuerit. Corpus Iuris universum breviter interpretatus; sed quod maximum haberi debet, huiuscemodi interpretationes ex Doctorum omnium consensu iuxta Textum appositæ ubique pro Legibus accipiuntur. Quemadmodum vero expositiones istæ, quæ vulgo Glossæ antiquitus vocitari ceperunt, ab Accursio ortæ, ita & ipse antonomastice Legum Glossator nuncupatus Bononiæ sepulcrali lapide ad Franciscanos, ubi tumulatus, absque alio titulo

Sepulcrum Accursii Glossatoris Legum.

Quam Inscriptionem, ut Paulus Mini fatetur, tanti fecit Bar-

tholus, ut multum ex eâ invidiæ in Florentinos conceperit. Bartholomæus Baphius Lucinianensis *De felicitate Urbis Florentiæ*, inquit : *Accursium tamen ex tam multis tantum proponam, qui tam nobilis Iurisconsultus extitit, ut ornamentum non modo huius Urbis, sed totius Italiæ fuerit. Nam Domus eius tanquam oraculum Italiæ eo tempore visebatur. Testis est Bononiensis Academia, quam tres annos illustravit, cuius magnâ quotidie frequentiâ civium, ac summorum hominum splendore ianua, & vestibulum celebrabatur.* Nicolaus Burtius Parmensis in *Bononiâ illustratâ*, impr. Bononiæ 1494. post laudem Bernardo Parmensi allatam, qui Decretalium apparatus, vel glossas primus contexuit, atque peregit, subdit : *Huic addendus est Accursius Florentinus, vir eminentissimi ingenii, qui similiter non minorem patriæ suæ, quam mihi* (Bononia loquitur) *ius interpretando adeptus est laudem. Hic profecto Iuris Cæsarei Glossator, & Iuristarum Auriga fidissimus, sicut Canonistarum Bernardus est Patronus excellentissimus.* Sed audiendus celebris huiuscemodi rerum peritus Ioh: Vincentius Gravina ita de Accursio disserens. *Cuius labor, & industria superiorum omnium ab Irnerio Iurisconsultorum laudem perstrinxit, & obruit, cunctaque scripta vertit aliorum. Is enim eâ animi alacritate ad Iurisprudentiam accessit, ut ætate provectâ iuveniles spiritus gerens, iuvenilia studia minime refugerit. Fertur enim prope quadragenarium ad Iurisprudentiam se contulisse, conductisque superiorum Interpretum expositionibus, Irnerii scilicet, Bulgari, Martini, Placentini, Pylei, Iohannis, & aliorum, in solitudinem sese abduxisse, ubi illorum, & suis interpretationibus, particulas omnes Iuris Civilis obiit, ut inde, tanquam ex tripode, forensium causarum definitiones, & iudiciorum oracula peterentur. Ideoque Accursius a Cyno Advocatorum Idolum appellatur. Nemo enim ante ipsum exortus erat, qui Scientiam Iuris brevius, uberiusque suppeditasset. Sententiâ enim Legum tum in universum, tum particulatim expositâ, similia loca ex universo Iuris corpore colligit, & contraria mire componit, adductis aliorum, ac modo adprobatis, modo reiectis opinionibus, quæstionibusque plurimis, utillimisque ad locum excitatis, ac definitis. In sensibus autem vestigandis adeo fuit acutus, & solers; perspicuus autem in verbis, & sobrius, felixque in abditis sententiis eruendis; ut, nisi temporum barbaries antiquitatis ei lucem, & sermonis elegantiam ademisset, nullam fortasse laboris partem reliquisset eruditis recentioribus. Quo magis* mihi

mihi stomachum facessit eorum, insolentia ne dicam, an immanitas? qui, cum eius lectione Legum sensus levi labore adipiscantur; ubi tamen aliquid nubeculæ ab eo relinquitur eorum eruditione diluendum, feroces victoriâ, statim perstrepunt, & cachinnos tollunt: nec verentur viro de illis, ac de posteritate optime merito, temporum caliginem vitio vertere, sibi vero laudi ducere nascendi sortem. Quæ autem inhumanitas est, ei qui facem prætulit in tantis tenebris Iuris Civilis, quâ sine face vel eruditissimi novorum Iurisconsultorum oberrassent, vitia illa nolle condonare, in quæ decidit, non propter Iuris Civilis inscitiam, sed ob imperitiam historiarum, & latinæ proprietatis sibi ab ætate illâ denegatæ: cum tamen, iis etiam præsidiis spoliatus, ingenii acie non raro collineet; ut non tam eius errores exagitare, quam paucitatem illorum in tam crebris peccandi periculis, lubricisque locis admirari debeamus. Quo magis Cuiacii modestiam, & probitatem commendo, qui cum in Accursii nomen incidit, non modo parcit a consuetis eruditorum iniuriis, in quibus Duarenus potissimum est intemperans; verum etiam hominem honorifice appellat, optimum scilicet Accursium. Cuius auctoritatem non modo præ Bartholo tanti fecit, ut somniâ duxerit, & deliria quicquid ei Bartholus contradicit; verum etiam Accursium, teste Mornacio, Latinis, & Græcis omnibus interpretibus anteposuit. Nec mirum: quid enim Græcorum exilitas eorumque lineolæ, ad Accursii abundantiam, acumen, curiositatem, & diligentiam? Ob quam in suo ipse nomine ludens, haud absurde dixit se Accursium appellatum, quod in iure civili vacillantibus, atque laborantibus opportune accurrat. Religio mihi fuerit omittere Cuiacii de eo iudicium bis ab eo expressum verbis: Neque δικαιομαστιγας huiusmodi Iurisprudentibus comparaverim, & Accursium longe magis coronâ donaverim, a quo quicquid aberrat Bartholus, vanæ fictiones, & ægri somnia videntur &c. Fama est reliquisse filiam, quæ ius civile publice docuerit. Ipse vero anno 1229. ætatis suæ 78. supremum obiit diem. De tempore obitûs Accursii a Gravina discrepat Dempsterus vitam eius producens ad annum 1240. Paulus Mini ad annum 1245. alii denique ad 1275. Tempus autem collectionis Glossarum iuxta Panzirolum annus creditur 1220.

Cæterum, præter Glossarum Accursii adinventionem, habuimus in Urbe nostrâ Viros, qui, Iohanne Villanio auctore, Leges Romanis sanxerunt. In Historiarum xi. ita legere est.

 Come

Come i Romani feciono pace intra loro , e 'l popolo , e mandarono a Firenze per avere Leggi . Nel detto anno in Calen di Novembre i Romani per certe Rivelazioni di Sante persone , e fu quasi spirazione divina , si convertirono a pace generale i nobili insieme , e popolo , dimettendo per l' amore d' Iddio l' offensioni l' uno all' altro , che fu una mirabile cosa . E poi l' Agosto vegnente (1339) feciono popolo , e mandarono loro Ambasciadori a Fiorenza a pregare il nostro Comune , che mandassono loro gli ordini della giustizia , che sono sopra i grandi , e possenti in difensione del popolo , e meno possenti , e altri buoni ordini , che noi avemo . Il Comune di Firenze mandaro a Roma loro Ambasciadori co' detti ordini , i quali da' Romani furono onoratamente ricevuti , e graditi . E nota come si mutano le condizioni , e gli Stati del secolo , ch' e' Romani , che anticamente feciono la Città di Fiorenza , e diedonle le loro Leggi , in questi nostri tempi mandaro per le Leggi . Hinc merito Iacobus Gaddius de Urbe nostrâ cecinit: *In Elog.*

Le chieste Leggi alla gran Madre Roma ,
Diede ingegnosa , e bella a maraviglia .

His vero auspiciis (liceat aliquando mentis meæ sensus aperire) factum est, ut hæc Civitas nervos omnes in eo aliquando intendit, ut ex Pisanis exuviis assequeretur Pandectas Iurium Iustinianeos Constantinopoli, ut liquet, scriptos, qui Amalphitani primum , postea Pisani , nunc Florentini vocitantur , de quibus luculenter Antonius Augustinus . Sebastianus Sanleolinus eorundem impressionis Historiam, Cosmianarum Actionum Libro secundo , carminibus refert . Hi autem ab exteris omnibus tanti semper habiti , ut Hollandiæ amplissima Respublica ad eos cum Textibus Civilibus typis excusis conferendos operepretium duxerit I. Consultum celebrem huc mittere Henricum Brenkmannum Batavum , qui postea Pandectarum historiam prosequutus est in Libro, qui inscribitur: *Henrici Brenkmanni I. C. & Academici Florentini Historia Pandectarum , seu fatum Exemplaris Florentini . Traiecti ad Rhenum* 1722.

De

Digitized by Google

De Florentinis in Medica Arte inventis.

CAP. XVI.



Agnus est in Republicâ campus, aiebat Tullius, multis apertus cursus ad laudem. Eximius Medicâ facultate Nicolaus noster Falcucci, in Philosophiâ doctissimus, memoriâ insignis, ingenio admirabilis. Huius cineres iure quidem ac merito magnifico tumulo conditæ in sepulcreto D. Virginis Floridæ, vulgo *Santa Maria del Fiore*, erectum, ubi perpauci admodum, ac nonnisi de Republicâ benemerentes tumulari fas fuit, hac epigraphe: *Philipp. 14.*

Nicolao Falcuccio Civi Florentino.
Philosophiæ ac Medicinæ Lectori;
Quem inter illustres Patriæ Viros insignem gravissimi Auctores,
doctissimaque eius Volumina testantur.
Anno Domini MCCCCXII. vita functo.
Peregrinus Falcuccius Francisci F. Tritavo optimo
Sepulcr. rest. curavit MDCXV.

Omissâ autem huius celebris Viri libro Sermonum, cuius archetypon in Bibliothecâ Marcianâ ad Prædicatores asservatur, quod respiciens Verinus ait

Nicolaus explicuit Medicinæ grande volumen.

Omissâ item medicaminum quorundam conficiendorum adinventione, de quibus Medici, Pharmacopolæ, ac rei Agrariæ Auctores passim, quam in præsentiarum consulto prætermittimus; Nicolai præcipua inventa habentur pharmacorum potissimorum, inter quæ Syrupus cychoreæ compositus, de quo nedum mentio facta legitur in Opere vulgo *il Riçettario Fiorentino*, sed in Antidotario Mantuanorum Medicorum nomine edito, nec non in Opusculo quodam, cui titulus: *Pharmacopæa Amstelredamensis Senatus auctoritate munita, & recognita.*

In Opere, cui titulus est *il Ricettario Fiorentino* P. 3. pag. 216. recensentur: *Pillole di Hiera con Agarico di Maestro Antonio da Scarperia &c.* Fuit hic Vir Patriciâ nobilitate, tum virtute, ac dignitate clarus, utpote qui in Universitate Florentinâ Medicinæ Cathedram occupaverit, & Iohannis XXIII. Pont: Maximi Archiater extiterit. Hac enim appellatione in Codice

693.

Digitized by Google

693. in fol. celebris Bibliothecæ Stroziæ, qui negotia continet Cameræ Apostolicæ ad annum 1413., nuncupatum legit eruditissimus Vir Salvinus Salvinius Canonicus Florentinus Patriæ nostræ antiquitatis indagator maximus. Verba hæc sunt. *Mag. Antonius a Scarperia Physicus Domini Nostri*: Hunc omisit Prosper Mandosius Romanus Ordinis S. Stephani Eques, ubi Maximorum Christiani Orbis Pontificum Archiatros spectandos exhibuit.

Hos Viros sequuti sunt plurimi in re medicâ doctissimi, inter quos Bartholomæus ille Baldinus Nobilis Florentinus, Baccii nomine nuncupatus, qui quum ob multas vigilias, labores, assiduamque exercitationem bene de Patriá nostrâ meruisset, simulque gratiam Cosmi Primi Magni Etruriæ Ducis, cuius Prothomedici officio fungebatur, adeptus esset, tum abditissimos veterum Philosophorum Medicorumque sensus enucleare est aggressus, tum pharmaca quædam componere, inter quæ in Antidotario Florentino habetur: *Unzione cordiale di M. Baccio Baldini*. Carmine laudavit Baldinum Bibliothecæ Mediceo-Laurentianæ tunc temporis Præfectum Sebastianus Sanleolinus Cosmianarum Actionum Libro secundo. Laudarunt & Iulius Nigri, & Paschalis Gallus, aliique. Emicuit sæculo decimosexto prope dimidium.

Qui nostrates nova herbarum genera, fungorumque semina invenerint.

CAP. XVII.


Um aliqua species utilitatis obiecta nobis est (aiebat Cicero) nos commoveri necesse est. Quantum sit commodum, quod a Botanicâ facultate Medicinæ afferatur, nemo est qui ignoret. Plurimum ergo nos eis debere censebimus, qui per avia, & deserta, per arida sabuleta, & squalentia æstu loca vagantes, horridas, scrupeasque inaccessorum montium crepidines superantes, observationibus suis atque vigiliis, facem posteris sustulêre. Habemus ex iis recentiori

ætate

ætate non paucos. Primuſque memoriæ occurrit Frater Philippus Florentinus Minorita de Obſervantiâ, qui anno 1572. Coſmo Medici Etruſcorum Magno Duci Librum ſuum dicavit, cui titulus: *Compendio della Facultà de' Semplici*. Hic enim Braſſicam ſylveſtrem primus invenit, de qua in ipſius Libri Parte prima Cap. xvi. ita loquitur: *La Braſſica ſalvatica è una ſpezie di Cavolo, che naſce ne' luoghi diſerti, molto amara al guſto, come ſenſatamente ho viſto per eſperienza in ſulle montagne alpeſtri*. Sequitur Reverendiſſimus Abbas D. Bruno Tozzius Vallisumbroſanæ Familiæ, qui, ut ait Michael Angelus Tillius publicus in Piſano Lyceo Profeſſor, Linariam ſempervirentem invenit. Ita enim in Catalogo Plantarum Horti Piſani pag. 101. *A Reverendiſſimo Abbate D. Brunone Tozzi in re Botanicâ verſatiſſimo per Ilvam inſulam iter faciente, hæc Linaria fuit reperta glauca, roris marini foliis, ſempervirens, in locis ſaxoſis iuxta Sacellum B. Mariæ Virginis, vulgo dictum Madonna delle Grazie*. Merito addendus Vir Græcis litteris clarus Antonius Cocchi Florentinus item, Medicinæ Doctor, ac publicus in Piſano Athenæo Profeſſor. De eo ita illuſtris Michelius, ubi de inventione in novis Plantarum Generibus, loquitur: *Fungoides minimum lentiforme, vix cavum, fuſcorubrum, externe hirſutum, & obſcurum D. Cocchius Maio menſe in hortulo penſili ſuo nobis primus demonſtravit*. Silentio haud præterire fas eſt Thomam Chellini Civem pariter Florentinum, fungorum, animaliumque variarum ſpecierum inventorem, de quo luculentius Michelius loquitur. Horum ope habemus præſenti in ſæculo quod admirari poſſimus, ne ſemper veterum ingenia ſuſpiciamus. Sed quamquam hi famâ pergrandes ſint, ſcriptis certe maior ille, de quo nunc ſermo faciendus; Petrus Antonius ſcilicet Michelius Florentinus Magni Etruriæ Ducis Botanicus. Hic enim *Vir ingenii non minus accurati, quam expoliti, huius facultatis inter cætera peritiſſimus*, inter illuſtres huius ſæculi Viros ab Acarnano adnumeratus, ob inventas herbas hactenus incognitas, anonymaſque (quibus noſtræ ætatis Virûm illuſtria nomina impoſuit) fungorumque ſemina, ut clarius innoteſcet *per appendicem ſynonimarum Plantarum Cæſalpini operi adiungendam, quæ per D. Petrum Antonium Michelium* (ita Cl. Michael Angelus Tilli) *Regiæ Celſitudinis Coſmi III. M. E. Ducis Botanicum, & Socium*

Verba Hieronymi Zannichellii in Epiſt. ad Chriſtinum Martinellium.

Digitized by Google

Socium Academiæ Botanicæ Florentinæ paratur ; qui Michelius ; quum in Horto ſicco manuſcripto Cæſalpini ſupra ſeptingentas ſexaginta Plantæ reperiantur, & in opere edito mille quingentæ, & viginti plus minus recenſeantur, tum ſuo rei Botanicæ promovendæ ſtudio indulgens, tum nobiliſſimis Academicis publici Florentini Horti Botanicis impellentibus, ac cohortantibus, quæſitum ivit eas in nativis locis a Cæſalpino indicatis ; quemadmodum eâdem inquirendi viâ, ideſt αυτοψία, uſus eſt in Plantis Fabii Columnæ, & Italicis Barilerii. Tale aliquid evulgandum ſperat Michelius, qui (ut Ioſeph Montius in Catalogo Stirpium Bononienſium ait) inter alia, quæ ad hanc Rempublicam exornandam ſuſcepit, ac in dies peragit, Methodum quoque Graminum ad manus habere commonefecit. Scimus etiam e prælis Florentinis nuper prodiiſſe *: Nova Plantarum genera iuxta Tournefortii Methodum diſpoſita, quibus Plantæ* 1900. *recenſentur, ſcilicet fere* 1400. *nondum obſervatæ*. Sed ne quis forte putet me multa de Michelio prædicare, non ut candide aperiam quod ſentio, verum ne officio defuiſſe videar, ad ea Lectorem mittere opus eſt, quæ leguntur apud pleroſque noſtri ſæculi celebres Scriptores. Hermannus Boerhaave publicus Botanicæ & Chemicæ Lugduni Batavorum Profeſſor, in Sermone, quem 28. Aprilis 1729. habuit, typis edito inquit *: Mortalium omnium in perveſtigandis Stirpibus ſagaciſſimus Petrus Antonius Michelius, in quo uno illuſtrem Fabium Columnam, nobilem Cortuſium, acutiſſimum Anguillaram, renatos ſibi iure Italia gloriatur, certatim contulere ſymbolas*. Plura de eo in Ephemer. Academiæ Gallicæ, apud Iulium Pontederam, atque nuper allatos Montium, ac Tillium, alioſque.

Edit. Bonon. 1719. pag. 3.

Ubi

Ubi primæva germinatio Mali Limoniæ Citratæ aurantiæ, quæ vulgo la Bizzarria.

CAP. XVIII.



Ihil profecto esse, quod a nobis vel fortiter geri, vel prudenter agi contingat, cuius Patria sibi non arroget iure suo partem, æquissimi rerum Æstimatores censuêre. At in Mali Limoniæ — Citratæ — Aurantiæ ortu, ut ita dicam, primordiali, tota quidem laus Patriæ referri oportet, in qua nemo est, qui huic Fructui operam dedisse inveniatur. In hortis enim Nobilium de Panciatichis hanc Malum primo, sponte suâ, natam esse ostendit Petrus Nati Medicus Florentinus, atque in Pisano Lyceo publicus Botanicæ Didascalus, in suâ Physiologicâ Observatione Florentiæ anno 1674. impressâ, & Viro de litteris optime merito Laurentio Panciatico Canonico Florentino dicatâ, quem his verbis alloquitur: *Nova aurea Malus in amœnissimo tui suburbani, amplissimique Ruris Viridario primum nata, quæ olim in sui admirationem totam rapuit Etruriam, & quæ nunc iam latius insitionis ope propagata totius fere Orbis plausus meretur universos &c.* Clarius vero de origine huius arboris in eodem Opusculo his verbis: *Iam ab annis circiter triginta Florentina Nobilium in Suburbanis Panciaticorum suavissima Tempe Malum, de genere Medicarum, maioribus non invisam solum, sed etiam inauditam, admirandâ partus novitate, peperêre; cuius prima partus Aurantia licet filiam susceperit monstrosam, formosam tamen miro naturæ portento adinvenit, dum ad illius monstrosum aspectum minime horret animus, sed novissimum inter hortenses delicias amat miraculum. Pulcherrimam vero, & vere imperio dignam huius arboris speciem, si de facie inter congeneres cupis agnoscere, hisce notis, & lineamentis internosce.* Et paulo post: *Vulgus enim, vel quia cerebrosam naturæ indolem in hac stirpe putarit, vel melius si dixeris, quia his variam animadverterit, vernaculâ appellatione vocat utrumque* Bizzarria. In fine vero: *Hæc fortasse aliquibus ingeniosa, vel saltem probabilia viderentur, nisi olim*

cultor ingenuus Vireti illius vocati della Torre degli Agli , *ubi primum natalis extitit huius arboris origo, clarissimo Hero suo omni asseveratione affirmasset, se nullâ malorum adoptione, nullo sationis artificio, nulloque adulterii ingenio, sed solo eventu, genioque naturæ eandem fuisse consecutum : ac nisi diutinâ malorum aurearum observatione, meoque intuitu didicissem, ex latere huiuscemodi inveteratæ inoculationis, tam in uno, quam in altero præfato eruptionis casu hanc ipsam sponte suâ prodiisse*. Quod autem tempus respicit huiuscemodi germinatûs, attentâ ætate, in quâ celebris Scriptor claruit, fuit circa 1640: Extat et adhuc hæc arbos, ut videre est in Notis nuperrime elucubratis, & in calce positis Iocosi Sermonis Laurentii Panciatichi, quæ sic: *Allude alla famosa Pianta detta la Bizzarria, esistente ancora nel Giardino, che fu dell' Autore alla Torre degli Agli, perchè oltrechè produce un medesimo ramo agrumi di diverse spezie, un pomo solo è alle volte mezzo limone, e mezzo arancia, e diviso a spicchi dell' una, e dell'altra sorte*.

A quibus de cultura Agrorum, Viridariorumque aliquid novi commentum.

CAP. XIX.



Uum ditissima videatur hæc nostra tellus, sponteque suâ feracissima, quid mirum si Florentini Cives bono naturaliter insito, agriculturæ operam dantes, utantur? Iohannes Victorius Soderinius, Bernardus Davanzatius, Iohannes Oricellarius, Aloysius Alamannius, ac Petrus Victorius, clarissimi extitêre, quum omnes rem agrariam studiis, vigiliisque ditarunt, ut patet ex operibus a se editis. Philippus Matthæi Simonis Strozæ bene & ipse de Florentinâ Republicâ meritus, magnificæque Strozarum Domûs præ cæteris ædificator, Carduum sativum circa annum 1466. ex Neapoli, primamque Ficum, *gentile* vulgo appellatam, Florentiæ advexit: Quod tantum leviter attigisse sufficiat, quum hic de similibus differendi nullum locum esse dignoscam.

Quod

Quod vero ad nos attinet, notandum, Matthæum Alexandri Caccinii Patricium Florentinum, quemadmodum & supra memorati, plures invenisse flores, suoque nomine hodie nuncupatos, quales sunt *Hyacinthus precox flore albo Caccini*; *Tulipa bicolor tribus luteis, & tribus rubris foliis Caccini*; *Anemone latifolia pleno flore Caccini*; *Anemone tenuifolia pleno purpureo cæruleo, seu tanneto flore Caccini*; *Narcissus iuncifolius pleno flore*, (vulgo Giunchiglia doppia) *Caccini*; *Narcissus totus luteus semperflorens Caccini*; *Anemone tenuifolia flore suaverubente Caccini*; aliique. Franciscus Raphelengius iunior, Lugduni Batavorum degens, inter typographos ætate suâ perillustris, ut notum erit ex eius Vitâ, quæ propediem fortasse prodibit; quum publici iuris faceret *Caroli Clusii posteriores Curas*, ubi supradicti flores notantur, ac ex ordine recensentur, easque Caccinio ipso dicaret, hæc, illum alloquens, de Clusio fatetur. *Nam ab illo tempore, quo tuam honoratissimam, ac suavissimam notitiam per humanissimas tuas, ac creberrimas litteras nancisci potuit, non desiit gratissimi, ac candidissimi animi ille senex summum illud gaudium, ac suavissimum gustum, quem ex litteris tuis percipiebat, passim apud omnes, & præsertim apud nos, aliosque familiares suos amicos profiteri; illasque herbas, quas plurimas ad illum rariores pro liberalitate tuâ ultimis hisce vitæ ipsius annis transmittere consuevisti, quamdiligentissime in horto suo fovere, & colere, & quamaccuratissime in Museo suo describere, ac posteris communes facere conari perseveravit, idque pæne ad ultimum usque vitæ suæ halitum: quod litteræ ad te, Vir illustris, atque ad alios aliquot amicos, vix octiduo ante mortis ipsius diem scriptæ, testari, & declarare luculentissime possunt*. Atque non multo post: *Is enim tu Vir es, cuius studium, & amor rei herbariæ augendæ tantus est, ut merito apud omnes candidos ac recti iudicii animos, & gratiæ tibi debeantur, & præconium industriæ tuæ immortale*. Claruit Caccinius sub decimiseptimi sæculi initium: Sub finem vero Virum alium in re militari, atque agrariâ nobilissimis artibus præstantem Florentia novit, nempe Ferdinandum Donninium, pariter Florentinum, qui, quum Regiis Mediceis hortis præesset, anno 1690. Instructionem typis Petri Matini edidit de putandis, plantandis, atque serendis moris; qui canon maioribus occultus, atque invisus fuerat. Vivit adhuc, suâque in arte callens est

Sebastianus Rapi Florentinus Magni Etruriæ Ducis Regii Domestici Viridarii, vulgo *di Boboli*, custos, atque topiarius, qui paucis ab hinc annis summo plausu novam methodum plantationis Vitium in lucem emisit, quæ non anile, ut audio, sed recens eurema existimatur.

De Inventione Tinctus, qui vulgo Oricello *vocitatur.*

CAP. XX.



Uidquid de Oricelli inventione dicendum, alienis potius verbis exponere libet, quam meis. In Ephemeridum Litteratorum Italiæ Tom. XXXIII. hæc leguntur articulo VI. *Fra le più antiche, e le più illustri Famiglie della Città di Firenze è annoverata quella de' Rucellai, che narrasi essere stata colà trapiantata poco dopo l' undecimo secolo da un tale Capitano, e Cavaliere Messer Ferro, o Federigo, venuto di Germania, dove egli era per nobiltà assai ragguardevole. Que' di questa Famiglia chiamansi latinamente* Oricellarii; *il qual cognome poi fu in varie guise volgarizzato:* Rucellari, Ruscellai, *e più comunemente* Rucellai. *Raccontano, che tal cognome ebbe origine da uno della stessa Famiglia, che verso il* 1300. *tornato di Levante, dove più anni mercatando avea fatto acquisto di non poche ricchezze, di là portato avea quella maniera di tingere i panni lani di pavonazzo, che chiamasi tingere a oricello, perchè essendo in procinto di imbarcarsi verso la patria, postosi a orinare sopra cert' erbe, osservò, che alcune di quelle, tocche appena dall' orina, divenian pavonazze, di verdi, che prima erano. Sveltane dunque una di quell' erbe, e fattala osservare, intese chiamarsi Respio, in quelle parti, Orciglia in Ispagna, ed essere la stessa, che dagli Speziali erba Corallina s' appella.* (Sed male; confunditur enim ab Aromatariis cum Corallinâ herbâ fortassis ab effectis, qui sunt adeo similes.) *In memoria dunque di tal ritrovato, d' indi innanzi quegli, e i suoi posteri nomaronsi Oricellarii, e poi con voce tronca, e alquanto mutata Rucellari, e finalmente Rucellai.* His addendum censeo quod in Archivio secreto existit M. E. D. quodque

eius-

eiusdem Custos D. Laurentius Marianus mihi humanissime communicavit, scilicet: *Dal Prioristа del Sig. Francesco Rucellai = Uno di detta Famigila anticamente dimorò gran tempo nelle parti di Levante per cagione di mercantare secondo l'uso della Nazione Fiorentina. Si ritrovò questo tale una volta in Campagna, & orinando a caso sopra un'erba, della quale gran copia vi era, vedde, che in quell' istante ella diventò oltremodo rossa; onde come uomo accorto, disegnò servirsi di quel segreto della natura, stato per insino a quel tempo nascosto; per il che fatta più volte esperienza di detta erba, e trovatala buona a colorire i panni, ne mandò in Firenze, dove mescolata con l'orina umana, & altre cose, ha servito sempre a tignere i panni di color paonazzo. Questa erba, che è detta Respo, nella Spagna è chiamata Orciglia, e dalli Speziali comunemente Corallina. Il mescolamento, che si fa con essa, si chiama Oricello, il quale ha recato utilità, e comodità grande all' Arte della Lana, che in Firenze più, che in ogni altra Città, si è adoperata. Per la qual cosa gli uomini di questa Famiglia come Inventori dell' Oricello sono stati detti Oricellai, & amati dal popolo per cagione di avergli fatto in particolare questo benefizio. Così ha scritto Giovanni di Paolo Rucellai* (scribebat hic anno 1451. vir quidem dives, ac litteratus) *e la medesima notizia hanno ancora nella nostra Città uomini Tintori, che nel detto modo la cosa raccontano, & affermano, che centinara d'anni i loro antichi hanno esercitata l'arte del tignere, e che per tradizione sanno tal cosa*. Item: *Dal Prioristа di Cestello = Uno di questa Famiglia per cagione di mercatura esercitata dalli Fiorentini con fede, e lealtà, trasferitosi in Levante, portò quà a Firenze il mestiero, o per dir meglio il segreto di tingere in Oricello*. De hoc tinctu mentionem fecit Franciscus, sive Francus Sacchetti in Apologis. Ordo vero, quo huiuscemodi herba præparatur, descriptus est a Petro Antonio Michelio, de re Botanicâ optime merito Viro, in Opere de novis Plantarum generibus recentissime edito, pag. 78. his verbis: *Infectores nostri hanc Plantam appellant vernaculo nomine Roccella, vel Orcella, vel Raspa, eiusque ope sericum, & lanam, non solum peculiari quodam colore subpurpureo imbuunt, quem columbinum vocant, ob similitudinem cum collo columbino, sed etiam aliis compositionibus admiscent, ut diversos colores efficiant. Præparant vero illam hoc modo. Plantam in pulverem adeo tenuem reducunt, ut per cerniculum facillime*

traii-

traiiciatur; deinde vetere maris urinâ (nam mulieris perniciosa habetur) leviter illam irrorant vase ligneo contentam, & semel in die agitant; atque eodem tempore in eam demittunt aliquantulum cineris, donec expleto opere, eius quantitas singulis diebus immissa ad quantitatem pulveris sit in ratione 1. *ad* 12. *sive plus, sive minus, prout planta est magis crassa, vel tenuis, vel recens, vel vetus, idque fit donec totum compositum prædictum colorem columbinum exbibeat; postea ligneo doliolo reponunt, & urinam, vel lixiviam calcis, aut gypsi, quo dealbantur parietes, superinfundunt, ut tota quantitas contegatur, & ad usum servant. Compositionem hanc vocant* Oricello, *forte a nomine plantæ Roccellæ. Suspicari subit nonnullas huius generis plantas eodem, vel alio modo præparatas, eundem colorem, vel alium præbere posse. Quod nunc innuisse sufficiat, ut instituta experimenta ad has cognitiones deducant.* Fuerunt quippe, ut Bartholomæus Baphius Lucinianensis ait, Florentini Viri ad labores impigri, ad pericula fortes, ad casum fortunamque felices.

Quis suis inventis quantam Orbi universo partem addiderit.

CAP. XXI.



Uod acturis de re quapiam solenne esse solet, commendare nempe subiectum, quod præ manibus habent, si & nos pro rei dignitate hoc præstare vellemus, verendum esset, ne scopum attingeremus brevi stylo prolixam explanaturi historiam. Tot enim, ac tanta de Americæ adinventione præfari possemus, quæ ad amplum librum componendum sufficerent. Iacobus Gaddi in Elogiis pag. 183. dicere non dubitavit Inventoris quartæ huius Orbis Partis gloriam ne terminis quidem, quibus nostri Orbis machina, circumscribi; subditque, Adinventorem alloquens: *Tibi imagines, statuæ, obelisci, arcus, &, si Religio sacrosancta id pateretur, aræ, ac Templa dicanda essent, ut Herculis, & Bacchi honorem assequereris, quorum virtutem, gloriamque antegressus es.* Americus

ricus Vespuccius Ser Anastasii filius, Cosmographus, & Astronomus peritissimus spatia maris immensa metiens, nova maria, novas terras, novum prope cœlum inveniens, novo Orbi Americæ nomen indidit. Hac mentis magnitudine ductus, non inani cogitatione, aut levibus indiciis, sed evidentissimis rationibus admonitus est, terras nunquam cognitas, ne dicam visas, reperiri posse; quo si nostri Orbis incolæ penetrarent, rerum utilium commercium futurum, adeout nova gens nostris commodis, nos vicissim eorum divitiis uteremur. Quot autem id, quantisque periculis effectum fuerit, clarius intelligendum nobis ex iis, quæ ipsemet Commentario suo, Petro Soderinio Reipubl. Florentinæ Vexillifero inscripto, narrat his verbis: *Sappia V. S., che noi navigammo sessantasette giorni, nei quali avemmo aspra, e crudel fortuna, percioccbè nei 44. giorni facendo il Cielo grandissimo romore, e strepito, non avemmo mai altro, che baleni, tuoni, saette, e piogge grandissime, ed una oscura nebbia aveva coperte il Cielo di maniera, che di dì, e di notte non vedevamo altramente, che quando la Luna non luce, e la notte è di oscurissime tenebre offuscata, e perciò il timor della morte ci sopravvenne di modo, che già ci pareva aver perduta la vita. Dopo queste cose sì gravi, e sì crudeli, finalmente piacendo a Iddio per la sua clemenzia di aver compassione della nostra vita, subito ci apparve la Terra, la quale veduta, gli animi, e le forze, che erano già cadute, e diventate deboli, subitamente si rilevarono, e si riebbero. Noi adunque alli 7. di Agosto MDI. sorgemmo nel lito di quel Paese, e rendendo a Iddio Massimo quelle maggiori grazie, che potevamo, facemmo secondo il costume Cristiano solennemente celebrar la Messa. La Terra ritrovata ci parve non isola, ma terra ferma, percioccbè si estendeva larghissimamente, e non si vedeva termine alcuno, & era molto fertile, e molto piena di diversi abitatori.* Merito igitur in Peplo Italiæ. *Io: Matth. Tosc. pag. 28.*

Prisca nec inventis fuerat felicior ætas,
Nec tunc ingeniis maius acumen erat &c.
Dicite, quis regum partem cognominat orbis
Maiorem, titulis condecoratque suis?
Hoc præstas, Americe, Arni privatus ad amnem
Ortus: a titulo dicta America tuo est.
Et merito devicta tuis armisque reperta est
Pæne plaga immensum dimidiata soli.

Hinc

Digitized by Google

Hinc tanto maiora facis tua sæcula priscis,
Dimidium toto quo minus esse solet.

Gavisus valde sum me invenisse Epigramma, quod aiunt, Etruscum, in laudem Americi nostri a Patre Pastorinio Societatis Iesu elucubratum, quod hic subdere præstat.

SE non era l' Etrusco alto ardimento;
Che girò quanto Mare il Ciel circonda,
Di mezzo Mondo ignota era la sponda,
Nè si sapea l' Americano argento.

Nudo nocchiero a nuovi Regni intento
Volse il tergo all' Europa, e 'l viso all' onda,
Là 've più fiera, e tempestosa inonda,
E n' ebber meraviglia il mare, e 'l vento.

Ei come al nuovo Mondo il guardo affisse,
E vide in Porto i fortunati Legni,
Si rivolse all' Europa, e così disse.

Europa, io ben ti scuopro nuovi Regni,
Ma nella mia Toscana il Ciel prefisse
Chi l' arte a te di ben regnare insegni.

Tanti itaque Viri, tantæque ab eo Patriæ suæ partæ gloriæ Florentini Cives nullum in Urbe publicum, & perenne monumentum extare inhonestum putavêre. Hinc in Sacello Familiæ de Vespucciis in Ecclesiâ Omnium Sanctorum Americi effigies posita, quæ postea in restaurandâ Ecclesiâ ablata est. Hinc Sancti Iohannis a Deo Patres Vespuccii Domus incolentes, paucis ab hinc annis supra ianuam Cœnobii sui epitaphium a Cl. Viro Antonio Maria Salvinio, quem honoris caussâ nomino, exaratum posuêre.

Digitized by Google

Americo Vespuccio Patricio Florentino
Ob repertam Americam
Sui, & Patriæ Nominis illustratori
Amplificatori Orbis Terrarum
In hac olim Vespucciâ Domo
A tanto Domino habitatâ
Patres Sancti Iohannis a Deo cultores
Gratæ memoriæ caussâ
P. C.
A. S. MDCCXIX.

Publici item iuris typis fecit Americi nostri encomium Andreas Salvadorius, nempe

QUest' è l' Eroe, che saggio insieme, e forte
Spiegando verso l' Austro ardito volo,
Vasta terra trovò sott' altro Polo;
E del gran continente aprì le porte.
Domò barbare genti, ed ebbe in sorte
Poter dar nome a quell' ignoto suolo,
Ora in due Mondi eterna fama a volo
Innalza il suo valore, e la sua sorte.
Se vanno di Fenicia alteri i lidi,
Che diede, nata in loro, Europa bella,
Nome del Mondo a più famosi nidi;
Nostra Flora real vantisi anch' ella,
Ed ogni Terra Italica l' invidi,
Che da un suo Figlio America s' appella.

Digitized by Google

Quis Indiarum Occidentalium maritimam oram detexerit ?

CAP. XXII.



Espuccii vestigia, altero ab hinc sæculo, sectatus Johannes a Verrazzano, Patricius itidem Florentinus, de quo apud Philippum Valorium hæc leguntur: *Giovanni da Verrazzano ancor egli faticò con grande onore ne' suoi viaggi, il che vedesi nella sua Relazione al Re Francesco I. della Terra per lui scoperta in nome di esso, stampata nell' ultimo Tomo del Colombo.* Prolixius tamen in Atlante novæ editionis sermo est, ubi ope Clarissimi supra memorati Salvinii, de Litterariâ Republicâ optime meriti, ea extant, quæ heic adponam.

Iohannes a Verrazzano Petri Andreæ Filius Nobilis Civis Florentinus Divinæ mentis instinctu, & solertiâ Florentinorum propriâ navi Delphinâ circumvectus, oram illam maritimam Indiarum Occidentalium, quæ Britonum promontorium tangit, & usque ad Floridam per septingentas leucas porrigitur, detexit nomine Francisci Primi Galliarum Regis, cuius classis erat Præfectus, & Claudiæ matris. Sic Normannorum, & Britonum gloriæ, quibus nova Francia nomen, & inventionem debet, suum quoque decus immiscuit. Praeterea xxxii. parvas Insulas continenti propinquas, & euripis, atque mæandris interlabentibus amœnissimas, primus monstravit. Gentes reperit moribus diversissimas; mansuetas alias, & cicures, feras alias, & a montibus, & silvis, quibus eorum horret regio, naturam, & nomen trahentes, in quibus secutis temporibus lux Evangelii disseminata ab illâ ferinâ, & sine Deo vitâ ad humaniorem morem traduxit feros homines, atque silvestres, Christique cultum eos edocuit, qui se mitem, & humilem corde profitetur. Mansuetorum contra regio, quæ Nurumbega ab incolis dicitur, cuius finis ad Floridam 78. gradus continet longitudinis occidentalis, 30. latitudinis aquilonaris; tractabile hominum genus habet, placidum cœli, solisque ingenium, odoratis arboribus insignis, atque ubere glebæ. Animus erat Florentino huic Argonautæ in totâ illâ continenti sub Arctum adhuc longius penetrare, & intactus mediterraneas regiones aperire, quod homini sideralis scientiæ, & navigandi peritissimo, & ad gloriam nato,

Google

nato, facili negotio evenisset, sed in medio consiliorum suorum ardore, & non minus itinerum, quam gloriæ cursu, crudelibus, si dicere fas est, fatis ereptus interiit infelicissimo mortis genere. Nam una cum sociis, quum navi exscendere moliretur, interemptus, assatus, devoratusque est ab Anthropophagis immanissimis, in quorum ventre tumulum miserrimum nactus est ille, cui terrarum Orbis, a se ingentibus regionibus detectis auctus, ut ita dicam, exornatusque, mausoleum esse debuerat.

Huiusce Iohannis inter alios mentionem faciunt Iohannes Baptista Rhamusius Itinerum suorum Volumine tertio, Dissertatione de novâ Franciâ, cui adtexitur Epistola eiusdem a Verrazzano ad Christianissimum Regem Galliarum Franciscum Primum 8. Iulii 1524., in qua regionis a se detectæ situs, incolarum mores, & cætera, quæ ad eam pertinent, describuntur. Iohannes de Laet in Novo Orbe, sive Descriptione Indiarum Occidentalium, linguâ Belgicâ impress. Lugduni Batavorum ab Isaaco Elzevier anno 1625. Petrus Plancius in Chartâ Geographicâ totius Orbis editâ Antuerpiæ apud Ioh. Bapt. Urient anno 1596. P Vincentius Coronellus Publicus Venetæ Reip. Cosmographus in Chartâ Geographicâ novi Orbis, Venetiis anno 1688 Paulus Mini de Nobilitate Florentiæ, & Florentinorum, edit. Florentiæ anno 1594. Quæ quidem sat est, brevitatis gratiâ, indicasse.

Quis primus astra, mare, ac tellurem complexus mente profunda.

CAP. XXIII.



Uum multa divinitus a maioribus nostris inventa, atque instituta sint, veritus sæpe sum ne mihi facultas ingenii, atque dicendi ratio in his commemorandis deficeret; mihique temeritatis vitio laboranti prætereuntium digito monstrari contingeret. Dicturus itaque de immortali Viro Galilæo Galilæi oportunum esse duxi ea tantum huc vertere, quæ ab aliis prodidêre. Hic Florentinis nobilibus Parentibus anno Salutis 1565. natus, sublimi præditus

ingenio, ita assiduo studio sese dedit, ut cum cæteros superiorum remporum Mathemateos scientiâ præclaros Viros brevi gloriose superaverit, tum sibi, Patriæque laudem maximam acquisierit. Quum itaque admirabilis huius Viri ad aures pervenisset, a quodam Belgâ Perspicillum elaboratum fuisse, cuius beneficio *obiecta visibilia* (verba sunt ipsius Galilæi) *licet ab oculo inspicientis longe dissita, veluti propinqua distincte cernebantur, ac huius profecto admirabilis effectus nonnullæ experientiæ circumferebantur, quibus fidem alii præbebant, negabant alii: Idem paucos post dies mihi per litteras a Nobili Gallo Iacobo Badouere ex Lutetiâ confirmatum est, quod tandem in caussâ fuit, ut ad rationes inquirendas, necnon media excogitanda, per quæ ad consimilis Organi inventionem devenirem, me totum converterem; quam paulo post doctrinæ de refractionibus innixus assequutus sum, ac tubum primo plumbeum mihi paravi, in cuius extremitatibus vitrea Perspicilla, ambo ex alterâ parte plana, ex alterâ vero unum sphærice convexum, alterum vero cavum aptavi; oculum deinde ad cavum admovens obiecta satis magna, & propinqua intuitus sum; triplo enim viciniora, nonuplo vero maiora apparebant, quam dum solâ naturali acie spectarentur. Alium postmodum exactiorem mihi elaboravi, qui obiecta plusquam sexagies maiora repræsentabat. Tandem labori nullo, nullisque sumptibus parcens, eo a me deventum est, ut Organum mibi construxerim adeo excellens, ut res per ipsum visæ millies fere maiores appareant; ac plusquam in terdecuplâ ratione viciniores, quam si naturali tantum facultate spectentur. Huius instrumenti quot, quantaque sint commoda tam in re terrestri, quam in maritimâ, omnino supervacaneum foret enumerare.* Ex iis vero commodis, quæ enumerare Galilæo minime libuit, pauca Cl. V. Vincentius Vivianius eiusdem Discipulus referre maluit, quæ brevi postea subdemus. Illud hic notandum, Rotgerio scilicet Baconi Anglo, Medico, ac Mathematico, qui, sæculo decimotertio, summo eruditionis, ac scientiæ honore floruerat, instrumentum Telescopii haud ignotum fuisse, quemadmodum autumare visi
T. 2. par. 4. pag. 352. sunt Europæ Ephemeridum Scriptores. Sed redeo ad ea, quæ Galilæus subdit. *Sed missis*, inquit, *terrenis, ad cœlestium speculationes me contuli: ac Lunam prius tam ex propinquo sum intuitus, ac si vix per duas telluris semidiametros abesset. Post hanc stellas tum fixas, tum vagas incredibili animi iucunditate sæpius ob-*

serva-

servavi; cumque harum maximam frequentiam viderem, de ratione, qua illarum interstitia dimetiri possem, excogitare cepi, ac demum reperi. Hactenus

Quei, che di nuova luce il Ciel fe bello,
D' astri nuovi ammirabile immortale
Discopritor novello:
Quel, che volò su gli altrui voli, e feo
Del ver giudice il guardo, e co i Pianeti
Commercj ebbe segreti.

Sed audire oportet Nicolaum Adiunctium Burgensem, qui postea quam ad Telescopium conversus cecinerat:

Me gemino hoc vitro præsentem ducis in astra,
Hocce tuo invento Veneris modo cornua vidi.

Veteres Astronomi (inquit) *licet Atlantem, & Olympum ascenderent, tamen ad cœlum pervidendum caligabant, & hallucinabundis similes cæcutiebant. Nunc vero cœlum ipsum contemplamur, & deducto amotoque (ut ita dicam) sipario, aulæove tragico, admirabiles stellarum versatiles scenæ aperiuntur*. Hinc Maphæus Barberinus:

Ille tuam cynosura lucem,
Seu scorpii cor, sive canis facem
Miratur alter, vel Iovis asseclas,
Patrisve Saturni repertos
Docte tuo Galilæe vitro.

Huius optici organi operâ (prosequitur Adiunctius) *corniculatam Veneris faciem, Saturnum auriculatum, Lunam montanis asperitatibus confragosam suspicimus, propter hoc sidereos habemus nuncios, & de totius ætheriæ Reipublicæ statu certiores facti sumus: hac adhibitâ ferulâ novus Florentiæ Prometheus maculis in Sole compertis Phœbeum iubar imminuit: hoc iudice cœlorum thesauri reserati, & quatuor illis sideribus, idest æternum coruscantibus gemmis, Magni Cosmi diadema irradiatum est: hoc interprete Medicei heroes ad congressum Iovis admissi, & sempiterno ævo dignati Divûm immortalium conciliis interesse meruerunt: hoc denique non tantum Orbi terrarum, sed cœlo, & sideribus ipsis longe notissimus Etruscus Atlas Galilæus, cuius astriferis humeris cœleste astronomiæ pondus, omnisque siderea compago aptissime sedet, & valentissime fulcitur, animis omnium mirificam voluptatem, oculis omnium claritatem, suo nomini*

æter-

Digitized by Google

æternam lucem , nostræque Etruriæ peperit immortalitatem . Sed magis fortasse conferunt quæ a Virginio Cæsarinio :

———— Quis te Galilæe silebit ?
Longa tibi in chartis regna futura cano.
Non tantum radio veterum describere cœlum,
Sed vitro superas ausus inire domos ;
Perque novas artes tradis nova sidera mundo ,
Non Ptolemæis sidera nota libris ;
Pleiadum, Hyadumque choros sine nube videmus,
Et tua per cœlum splendida damna , Venus.
Vidimus , ignoto quondam quæ lacte nitebat,
Stellarum spissâ luce coire viam.
Admovisti oculis nostros fugientia visus
Per varios obitus astra sequuta Iovem.
Medicea Heroum soboles , cape læta triumphum ;
Astris insereris , concilioque Iovis .
Ipse etiam nigrâ tinctum ferrugine Solem
Pallentes maculis iungere vidit equos.
Quod triplex sidus Saturni, aut Cynthia vultus
Fabor scruposâ nocte latere tuos ?
Hæc priscis ignota olim prudentia maior
Repperit auspiciis artis , opisque novæ.

Vivianius denique aperte magis, ac dilucide de Galilæi inventis effatus est : *Prima riguardando il Corpo Lunare, lo scoperse di superficie ineguale , ripieno di cavità , e prominenze a guisa della Terra : Trovò , che la Via lattea, e le Nebulose altro non erano, che una congerie di stelle fisse , che per la loro immensa distanza , o per la loro piccolezza rispetto all' altre , si rendevano impercettibili alla nuda, e semplice vista. Vide sparse per lo Cielo altre innumerabili stelle fisse , state incognite all' antichità ; e rivolgendosi a Giove con altro migliore strumento , ch' egli s' era nuovamente preparato , l' osservò corteggiato da quattro stelle, che si aggirano intorno per orbi determinati , e distinti , con regolati periodi ne' lor moti*. Hinc merito Marinus in Adonide: x. 43.

Del

Del Telescopio a questa etate ignoto
Per te fia, Galileo, l' opra composta;
L' opra, ch' al senso altrui, benchè remoto;
Fatto molto maggior l' oggetto accosta.
Tu solo osservator d' ogni suo moto,
E di qualunque ha in lei parte nascosta;
Potrai, senza che vel nulla ne chiuda,
Novello Endimion, mirarla ignuda.
E col medesmo Occhial, non solo in lei
Vedrai dappresso ogni atomo distinto,
Ma Giove ancor sotto gli auspicj miei
Scorgerai d' altri lumi intorno cinto;
Onde lassù dell' Arno i Semidei
Il nome lasceran sculto, e dipinto,
Che Giulio a Cosmo ceda allor fia giusto,
E dal Medici tuo fia vinto Augusto.

Ea etenim Sidera Iovi circumstantia Medicea vocari maluit: Inventa sunt hæc mense Martio anni 1609. *Nel principio di Luglio* 1610. (sequitur Vivianius) *trovandosi il Sig Galileo ancora in Padova scoperse Saturno Tricorporeo, dandone poi avviso a' primi Matematici d' Italia, e di Germania, ed a' suoi Amici per via di cifre, e caratteri traspostì, che dopo ordinati a richiesta dell' Augustissimo Imperatore Ridolfo Secondo, dicevano*

Altissimum Planetam tergeminum observavi.

Del Mese poi di Novembre nel continuare l' osservazioni, che fin nel Mese di Settembre avea cominciate intorno alla Stella di Venere, la quale parevagli scorgere, che andasse crescendo in mole, l' osservò finalmente mutar figure come la Luna, propalando quest' altra ammirabile novità tra gli Astronomi, e Matematici d' Europa. Hinc quidem ansam præbuit Galilæus noster celebribus aliis in Astronomiâ viris, ut in posterum alia observarent, detegerentque. Ad Vivianium redeo. *Non prima investigò ne' Pianeti Medicei alcuni lor varj accidenti, che pensò di valersene ancora per universal benefizio degli uomini nella Nautica, e Geografia, sciogliendo perciò quell' ammirando Problema, pel quale in tutte l' età passate si sono in vano affaticato gli Astronomi, e Matematici di maggior fama, ed è di potere in ogni ora della notte, in qualunque luogo di Mare, o di terra graduare le longitudini.* Subdens: *Nel 1636. fece libera of-*

ferta

ferta agl' Illustrissimi, e Potentissimi Stati Generali delle Provincie unite d' Olanda del suo ammirabil trovato per uso delle longitudini &c. Fu dagli Stati avidamente abbracciata sì generosa offerta, e nel progresso del trattato fu gradita con loro umanissima Lettera, accompagnata con superba Collana d' Oro, della quale il Sig. Galileo non volle per allora adornarsi, supplicando gli Stati a compiacersi, che il regalo si trattenesse in altre mani finchè l' intrapreso negozio fosse ridotto a suo fine. Nisi quod lumine oculorum, qui (Benedicti Castelli verbis utar) plus viderunt, quam omnium Virorum oculi, quique, iuxta illud Marci Tullii, spectatores superarum rerum, atque cœlestium extitêre, orbatus, differre opus fuit, inque Discipuli cuiusdam manus studia hæc relinquere, quæque omnia Auctoris mors solvit anno Ætatis suæ 77. Redemptionis nostræ anno 1641. unde hominum contentiones in medio spatio fractæ, atque in ipso portu obrutæ, antequam portum (o fatum!) conspicere potuerimus.

Verum ne quid minus a nobis moderate positum, ne quid ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur, ea adiicere oportet, quæ publice Florentiæ in Orthographiâ Ædium Vincentii Viviani leguntur, scilicet:

Æternæ Memoriæ Viro Galilæo de Galilæis, Patriæ, Etruriæ, Italiæ, imo Europæ totius delicio. Philosophiæ renascentis faci. Qui veritatis propius intuendæ desiderio adeo exarsit, ut longe ultra, tum veterum, tum recentiorum Philosophorum placita progressus, & postbabitis debilioribus humanarum mentium cogitatis, unico Geometriæ (quam ad Cœlum veritatis ducem vocabat) auxilio fretus, viam ad veritatem certius indagandam alios primus docuit, feliciterque peregit, comitante semper, per tam arduum iter, pietate, itaut quæ de maris æstu, Philolaique systemate exercendi tantum ingenii caussâ (quod præsertim Epistola ad Christinam Lotharingiam demonstrat) excogitaverat, Religioni libens animo litaverit.

Qui dum Patavii Matheseos Cathedram occuparet, vix auditâ anno 1609. *optici tubi famâ, ingenii, & dioptricæ viribus rem assequutus, instrumenti structuram invenit, Senatuique Veneto dicavit, quem docti Viri merito Galilæi nomine donârunt, ut qui primus invenerit ingenio non casu.*

Novo hoc fretus auxilio, quasi Terra eius ingenio satis non esset, Æthera reclusit, novosque veluti Orbes Philosophis, & Astronomis aperuit.

In

In Lunâ Montes, Valles, Planities, periodicam eius disci librationem.

In Sole nitidissimo lucis fonte, nubium, ac densarum caliginum instar nascentes, & renascentes maculas, eius circa proprium centrum fere menstruam ab occasu in ortum vertiginem primus animadvertit.

Veneris Sidus, ac etiam Mercurii varias Lunæ facies æmulari, ac utrumque ob id proprio motu ab occasu pariter in ortum, veluti Mars, Iupiter, ac Saturnus, Solis globum circumire, tuto Astronomos docuit.

Altissimum Planetarum in variis cum Sole aspectibus tergeminâ specie, modo rotundum, modo oblongum, modo ansatum; Martemque Perigæum in quadraturis cum Sole nonnihil mutilum apparere, ante alios admonuit.

Inerrantes Stellas, quas numero pauciores noverant prisci, ac veluti clavos unico, solidoque Orbi fixas, quasi auxit, dum novas, & ante se nunquam visas, in Orionis ense, in Pleiadibus, in nebulosis, in lacteo circulo, & undique per cœlum, detexit, & ad Dei omnipotentiam magis, magisque declarandam, infinitas veluti lampadas perpetuo ardentes, per immensa fluidorum Cœlorum spatia localiter immobiles, sed, ad instar Solis, circa propria centra revolubiles, ad primarios, & secundarios propriorum Systematum Planetas vivificandos creatas, arbitratus est.

Iovis Satellites Patavii VII. Idus Ianuarii Anni 1609. *ante omnes primum, & post tres tantummodo observationes a se peractas, detectos, perpetuæ Mediceorum Procerum gloriæ dicavit, quorum concitatissimi motus aspectu iamdiu frustra quæsitum problema de locorum longitudinibus noctu captandis proposuit, itaut novis Gentis Mediceæ auspiciis Geographia, & Idrographia corrigi, restitui, ac perfici datum sit; dum Medicearum Stellarum motus periodicos, & ab Iove distantias, improbo triennii labore assecutus, ad earum citissime abeuntes aspectus prænunciandos, Canones, & Tabulas confecit; spretisque amplissimis præmiis iis, qui tantum problema enodarent, promissis; proprias eorum Theoricas, Tabulas, & Ephemeridas; proprios opticos tubos; propriumque Horologium Oscillatorium a se iam a pluribus Annis Pisis excogitatum, ac insuper Viros borum Instrumentorum usum probe callentes Anno* 1615. *Catholico primum Regi Philippo Tertio, postmodum Anno* 1635. *confœderatis Hollandiæ*

 Pro-

Digitized by Google

Provinciis, heroicâ sane magnanimitate obtulit; sed Dei omnipotentis decreto tam generosa oblatio, ac nobile tentamentum utrinque evanuit, ut maximum opus Nauticæ, & Geographiæ bono, Ludovici Magni, Terrâ, Marique potentissimi, munificentiâ, & summi Astronomi Cassini labore, per ipsa Medicea Sidera inciperet, & perficeretur.

Cometarum denique Generationem, Incrementa, Motus, Interitum explicavit.

Qui vero cœlestia, & longinqua Dei opera aperuit, idem, ut summum Opificem in minimis etiam operibus laudandum proponeret, humanæ Philosophiæ secretiora penetralia reseravit; dum Microscopii ope ex unicâ, & ex duplici lente a se primum excogitati, & confecti, ac iam Anno 1612. instanti Casimiro Polonorum Regi, dono missi, humano obtutui minima subiecit, & naturæ ipsius quamdam veluti anatomen instituit.

Et sicut Geometriam Philosophiæ nutricem vocabat, ita exemplo, & inventis demonstravit; siquidem novâ Methodo scientiam Centrobarycam quorumdam solidorum, vix etiam initiatis in Geometriâ aperuit.

Archimedis doctrinam de iis, quæ innatant fluidis, & eorum libramenta, ob vim alternarum pressionum primus indigitavit, innumeraque scriptis suis sparsit semina, e quibus plurimorum tractatuum seges præsenti ætate accrevit, & in dies Posteris accrescet.

Ante alios vim percussionis infinitam suapte naturâ animadvertit.

Novas scientias omnibus usque ad eius ætatem seculis intactas animadvertit; de solidorum resistentiâ; de motibus gravium, tum æquabiliter incedentium, tum naturaliter descendentium, tum proiectorum (e quibus præcipue bellicorum missilium artem elicuit) primus Philosophiæ Sacrario intulit, promovit, ac geometrice demonstravit.

Tantis rerum humanarum bono inventis fama celeberrimi Viri in Æternitatem permansura, oblivionis, temporumque victrix triumphabit.

Hoc monumento huius Ædis Dominus gratum animum erga eximiam virtutem, ob auctas, illustratas, perfectas naturales scientias, tantum testatum in futuras ætates voluit.

Digitized by Google

De Commento Microſcopii.

CAP. XXIV.



GAlilæo Galilæi Viro nunquam ſatis laudato, de litterariâ Republicâ, deque univerſo Orbe optime merito, Microſcopii inventum tribuitur: Vivianius in Vitâ ipſius inquit: *Pensò ancora al modo di perfezionar maggiormente la noſtra viſta, in farle perfettamente diſcernere quelle minuzie, le quali, benchè ſituate in qualunque breve diſtanza dall' occhio, le ſi rendono totalmente inviſibili, e allora inventò i Microſcopii d' un conveſſo, e d' un concavo, e inſieme d' uno, o di più conveſſi, applicandogli a ſcrupoloſa oſſervazione de' minimi componenti delle materie, e della mirabile ſtruttura delle parti, e membra degl' inſetti, nella piccolezza de' quali fece con maraviglia vedere la grandezza di Dio, e le miracoloſe operazioni della natura.* Nicolaus Adiunctius: *Sed maioris ne ego tantum Teleſcopii laudes commemorabo, & eiuſdem Galilæi Microſcopium tacitus præteribo? Nonne huius etiam lepida, arguta, atque utilis voluptas eſt? In puſillis, ac minutulis animalculorum corpuſculis, acutiſſima naturæ ſolertia quammaxime elucebat; verum iſthæc ante effugiebant noſtram imbecillam aciem oculorum, qui ad haſce tenuiſſimi operis faberrimas ſubtilitates inſpiciendas fatiſcebant: dudum vero Teleſcopioli uſu ita ſenſum viſus exacuimus, ut quarumcunque beſtiolarum articulos omnes, & membratim minima quæque oculis uſurpemus, & lynceolo hoc ocellulo in inſectis vaginipennibus, terræque inteſtinis hamatos, vel bifurculatos unguiculos, hirſutula cruſcula, forficulata roſtella, diſcolores, verſicoloreſque alvo procurſus, reticulata lumina, totam denique ſpeciem cunctanter rimamur, omnemque configurationem perattente, acriterque conſiderantes, incredibili perfundimur voluptate; quæ ſane admirabilis, ſubtilis, & divini propemodum ingenii plena eſt, ut ſola perpetuum uberrimæ orationis argumentum mereatur.* Notandum denique illud, quod de præcipuo hoc commento in Orthographiâ Ædium Vivianearum legitur, nempe

Orat. habit. in Piſan. Lyc.

Qui vero cœleſtia, & longinqua Dei opera aperuit, idem, ut ſummum Opificem in minimis etiam operibus laudandum proponeret, humanæ Philoſophiæ ſecretiora penetralia reſeravit; dum Microſcopii

ope ex unicâ, & ex duplici lente a se primum excogitati, & confecti, ac iam anno 1612. instanti Casimiro Polonorum Regi, dono missi, humano obtutui minima subiecit, & naturæ ipsius quandam veluti anatomen instituit.

Unde Conspicilli, sive Occhiali da Naso.

CAP. XXV.



TSi non dubito quin in invidiâ apud quosdam homines futurum sit quicquid de vitreorum Specillorum inventore ex historicis nostris accepimus; haud tamen silentio prætercam. A nobili Cive Florentino mira hæc senectutis præsidia, quibus, Francisco Redio, Hieronymo Mercuriale testibus, Hebræi, Græci, Latini, & Arabes caruêre, manasse, constantissime asserit Ferdinandus Leopoldus *del Migliore* in Florentiâ illustratâ, ubi de S. Mariæ Maioris Sepulchris disserit, Inscriptionem afferens in Sepulchreto suo vetustiori asservatam, quam quidem apud eundem *del Migliore*, utpote ei necessitudine coniunctus, altius inscrutatus est, ut opinor, Cosmus *della Rena*, Vir totius antiquitatis optime meritus, cum scribat: *Tralascio tanti ritrovatori di cose, non meno utili al Mondo, che nuove; come tra gli altri* (en nostri Inventoris nomen) *un Salvino di Armato degli Armati, che prima d' ogni altro trovò l' uso degli Occhiali così efficace per ravvivare all' uomo la vista; rinvenutane la memoria, dopo tanti anni, da Ferdinando Leopoldo del Migliore illustratore indefesso delle Memorie della Patria, le quali porta tuttavia con molto aggradimento alla stampa. Questi rintracciò esser sepolto il Corpo di detto Salvino in S. Maria Maggiore di Firenze, mortosi del 1317. secondo il suo Epitaffio*. Salvinus ergo Armati de Armatis Ocularia invexit, a qua stirpe vicus denominari cepit Armatorum prope Nessi Centauri Statuam, antiquitus *il Canto de' Carnesecchi*. Huiusmodi Inventoris civili togâ induti effigies habebatur iamdiu prædictâ in Ecclesiâ, una cum Inscriptione:

Par. I.

Introd. alla serie de' Duchi, e March. di Tosc. p. 14. lett. B, e C.

Quì diace Salvino d'Armato degli Armati di Firenze, Inventor degl' Ochiali. Dio gli perdoni le peccata. Anno D. MCCCXVII.

Cui

Cui quidem assertioni, utpote antiquissimæ, standum esse censemus, eoque magis cum (habito, ut moris est, Reipublicæ vel tacito consensu) a Filiis, descendentibusque inscriptionum verba incidi curantur; *est enim*, ut ait Cicero, *prope naturâ datum, ut quâ in Familiâ laus aliqua forte floruerit, hanc fere qui sunt eius stirpis, quod sermo hominum ad memoriam patrum virtute celebretur, cupidissime prosequantur*. Quod quidem indubie accidisse credendum in casu nostro, cum constet, ut infra videre est, Conspicillorum auctorem comperti sui tenacissimum fuisse, ideoque maxime inventionis gloriam ambivisse; quod raro usuvenire testatur idem Cicero inquiens: *Impellimur naturâ, ut prodesse velimus quamplurimis, in primisque docendo &c. itaque non facile est inveniri qui quod sciat ipse non tradat alteri*. Salvinus igitur Armati, ille est, qui subintelligendus Pisani Chronici verbis ab illustri Francisco Redio in Epistolâ ad Paulum Falconerium, quum de hac inventione (quatenus advena, atque reconditioribus Patriæ nostræ non sat peritus commemorari potest) tractare sategerit, nempe: *Frater Alexander de Spinâ Vir modestus, & bonus, quæcumque vidit, aut audivit facta, scivit & facere. Ocularia ab aliquo primo facta, & communicare nolente, ipse fecit, & communicavit corde ylari, & volente. Ingeniosus in corporalibus in Domo Regis Æterni fecit suo ingenio mansionem*. Et alibi: *Frater Alexander de Spinâ Pisanus manibus suis quicquid voluisset operabatur, ac charitate victus aliis communicabat. Unde cum tempore illo Quidam vitrea Specilla, quæ Ocularia vulgus appellat, primus adinvenisset, pulchro sane, utili, ac novo invento, neminique vellet artem ipsam conficiendi communicare, hic bonus vir, & artifex, illis visis, statim nullo docente didicit, & alios, qui scire voluerunt, docuit*. Omittam sane, libentissimeque omittam, quod tacitus præterire noluit Ferdinandus *del Migliore*, quæstionem scilicet, an Florentinus fuerit Frater Spina, vel Pisanus, unde nos laus etiam ingeniosissimi imitatoris contingat. Sed esto quod fueris Pisanus, ex verbis Chronici illius, primævum inventum nostrum dubio procul est. Ocularia enim, quæ Frater Alexander, ut Chronographus ait, scivit facere, ab aliquo primo facta fuêre. *Salvino d'Armato degli Armati*, ut mavult Cosmus *della Rena* nuper allatus, *prima d'ogni altro trovò l' uso degli Occhiali*. Nec dissentire, verum

Pro C. Rab.

2. de Finib.

Impress. Florentiæ 168..

Digitized by Google

rum congruere mirum quidem in modum videtur tempus ipsum, in quo Salvinus noster decessit (annus scilicet 1317.) filium relinquens Parentem nuncupatum, qui obiit 1333., Salvinumque ex fratre nepotem, qui cum quater ad annum usque 1337. summo Patriæ munere functus esset, vitamque ultra 1341. transegisset, in S. Mariæ Novellæ obiens tumulatus est. Sed ut ad rem redeam, quid plura optamus? dum Redius ipse fateri coactus est: *se il Frate Alessandro Spina non fu il primo Inventore degli Occhiali, egli per lo meno fu quegli, che da per se stesso senza insegnamento veruno rinvenne il modo di lavorargli.* Quod sane nemo in controversiam deduxit.

Quod vero ad tempus attinet huius Commenti tum in sententiam descenderem prudentissimi æque ac clarissimi Redii, qui ab anno salutis 1280. ad 1311., verum etiam ad annum coercerem 1290. Redius enim in manuscripto quodam peculiari, cui titulus *Trattato di Governo della Famiglia, di Sandro di Pippozzo di Sandro Cittadino Fiorentino fatto nel* 1299. in Procemio legit: *Mi trovo così gravoso d' anni, che non arei vallenza di leggere, e scrivere senza vetri appellati okiali, truovati novellamente per comodità delli poveri veki, quando affiebolano del vedere:* Ubi animadverti sane, primum, qui de Ocularibus mentionem fecit, Florentinum fuisse. Ego vero in Concionibus B. Iordanis de Ripâ altâ, ex vetustissimo Codice Bibliothecæ Salviatæ Conc. xv. habitâ Florentiæ in S. Mariæ Novellæ 23. Februarii 1305. reperio: *Non è ancora venti anni, che si trovò l' arte di fare gli Occhiali.* Sed de his nos alibi fusius.

Ut vero ad inventorem redeam, si quando Armato nostro laus auferri posset, quod negamus, ab Alexandro de Spinâ, qui conatus & ipse modum tantum, non rem (quæ iam tum inventa, præ oculis habebatur) reperiendi, opus profecto est, ut Belgæ illi, primo Telescopiorum excogitatori tantundem nominis auferat Galilæus noster, qui postere, inviso occultoque sibi Telescopio, solâ refractionum doctrinâ simile aliquod perfectiusque instrumentum suo Marte fabrefacere assequutus est, quique ab insignibus Viris inventor habitus, ex quibus Pope Blount memini in Galilæo, Ianii Nicii Erythræi in Pinacoth., & Bullartii in Academiâ scientiarum Gallic., ubi legimus: *Cum ope tubi* (Galilæus) *cuius adinventor est, immen-*

sas

ſas ætheris regiones pervagatus ſit &c. in firmamento novas reperit, & incognitas ſtellas &c.

De Inventore Thermometri.

CAP. XXVI.



A quidem ratio, ac magnitudo animorum in maioribus noſtris fuit, ut cum in privatis rebus minimo contenti, tenuiſſimo cultu viverent, in publicâ dignitate omnia ad gloriam, ſplendorem, commodum revocarent. Inter eos, quos natura non ſolum acie mentis ad ea inveſtiganda, quæ profutura eſſent, ornavit, ſed quibus rerum plurimarum obſcuras cauſſas aperuit, enudavit, Galilæus extitit Galilæi, de quo quicquid ab homine dicitur, parce admodum, modiceque dictum. Huius itaque præclari Viri induſtriâ,& ſtudio Thermometrum inventum eſt, Vincentio Vivianio doctiſſimo tanti Viri diſcipulo, teſte irrefragabili, ita de ipſo loquente: *In queſti medeſimi tempi*, ſeculo vergente decimoſexto, *ritrovò i Termometri, cioè quegli ſtrumenti di vetro con acqua, e aria per diſtinguere le mutazioni di caldo, e freddo, le varietà de' temperamenti de' luoghi, la qual maraviglioſa invenzione dal ſublime ingegno del Granduca Ferdinando II. noſtro Sereniſſimo Padron Regnante è ſtata modernamente perfezionata, ed arricchita con nuovi effetti di molte vaghe curioſità, e ſottigliezze.* Effectuum nomine veniunt ea omnia, quæ in Opere *I ſaggi di naturali eſperienze* inſcripto pluribus in locis oſtenduntur; idque inſtrumentum unum ex iis eſt, per quæ Galilæus Galilæi pulchrorum pater inceptorum vocitari meretur, ut proxime ſequenti Capite dicemus. De huius commenti utilitate ita Franciſcus Redius Vir terſiſſimi iudicii, amico ſuo. *Veramente quando in Firenze fu trovata queſta invenzione, fu una coſa utiliſſima per la Filoſofia, e per fare eſperienze. Il Mondo litterario ha queſt' obbligo a Firenze, ed agl' Ingegni Toſcani.*

Hactenus noſtrates. Verum Frater ille Fulgentius Servita, qui Vitam Confratris ſui nimiâ conſuetudine ſibi coniuncti elu-

elucubravit, has nugas in medium protulit de Sarpio loquens: *La costante deliberazione di non iscriver mai, nè publicar cosa alcuna in alcuna sorte di professione, essendo in tutte le cose eminente, e si può dire prodigiosamente perfetto, mostra se fosse lontano da questo desiderio, e se potesse con gloria farlo, quelle poche cose, che la necessità gli ha cavato dalle mani, lo attestano. Dipoi di varie invenzioni d' istromenti ha fuggito anche il lasciar sapere, ch' esso ne fosse autore, che le due maniere di pulsilogia sono sue, l' istromento per conoscere il variar del caldo, e freddo, dell' occhiale detto in Italia del Galileo trovato in Olanda, fu da lui penetrato l' artifizio.*

1. Accad. Cum vero nil quicquam sit turpius, ut testatur Cicero, quam cognitioni, & perceptioni assertionem præcurrere, cavendum quidem huic Scriptori erat, ne incognita pro cognitis haberet, temereque approbaret. Satius quidem erat historiæ integritati consulere. Quod dubio procul minime fecisse constat ex supra allatis verbis Vincentii Vivianii, qui non ambigue, ut Fulgentius, sed clare admodum de Galilæo ita loquitur: *In questi medesimi tempi ritrovò i Termometri, cioè quegli strumenti di vetro con acqua, e aria*. Ubi quidem nobis animadvertere opus est quæ idem Vivianius paullo ante scripserat, nempe: *Ne' 26 di Settembre 1592. ottenne* (Galilæus) *dalla Serenissima Repubblica di Venezia la Lettura delle Matematiche in Padova per sei anni, nel qual tempo inventò varie macchine per servizio della medesima Repubblica con suo grandissimo onore, e utile insieme*. Quo quidem tempore F. Paulus Reipublicæ Theologus habebatur. Hinc subdit Vivianius. *A contemplazione de' suoi Scolari scrisse varj Trattati, tra quali uno di Fortificazione &c. uno di Gnomonica, un Compendio di Sfera, e un Trattato di Meccaniche &c. trovandosi di tutti questi Trattati, e di molti altri più copie sparse per l' Italia, Germania, Francia, Inghilterra, e altrove, trasportativi da' suoi medesimi Discepoli, la maggior parte senza l' inscrizione del suo nome, come fatiche, delle quali ei non faceva gran conto, essendo di esse tanto liberal donatore, quanto fecondo compositore. Ben è vero, che questa sua natural liberalità in comunicare i suoi scritti, le proprie invenzioni, e i suoi nuovi pensieri indifferentemente a ciascuno, gli fu spesso contraccambiata da altrettanta ingratitudine, e sfacciataggine, non essendo mancati o chi con disprezzo tentasse avvilirle, o chi se ne facesse onore, come di parti de' proprj ingegni.*

Non

Non auderem quidem nullâ suffultus ratione suspicari unum ex Galilæi plagiariis Paulum Sarpium fuisse. Illud certum exploratumque habeo, Sarpium ipsum Galilæumque necessitudine, ac locis coniunctos, ut ex Galilæi epistolis unicuique patet; proindeque facillime utriusque studia communicando commixta fuisse; in Vitâ enim Sarpii hæc leguntur: *Sono capitati in Venezia di nostro raccordo varj Virtuosi in separate professioni &c. Le più rare invenzioni d' istromenti, macchine per misure, per pesi, per orologij, per le matematiche, e per le militari, e per tutti i propositi, gli venivano fatti capitare da vedere, e farne giudizio.* Nec novum, ea, quæ domi alicuius vitâ, iam functi, manu ipsius exarata inveniuntur, ei tanquam auctori tribui solere. Hoc autem unum contendo, fidem Viviano, potius quam Fulgentio, habendam, qui nec moribus, nec fide cum altero comparandus.

De præcipuis aliis in Philosophia experimentali inventis.

CAP. XXVII.



Uod pollicitus sum alias, me videlicet de cultissimis quoque probatissimisque experimentis, quæ a Galilæo Galilæi orta quodammodo videntur, aliquid delibaturum, id sedulo præstare pergam. A Ferdinando Secundo Etruriæ sceptrum moderante, regio instinctu experimenta omnia, quæ ab Academia *del Cimento* vulgata sunt, sibi exhiberi mandante, regalibusque impensis, quotquot ad id exigerentur instrumenta subministrari iubente, Philosophiæ experimentalis progressus repetendus est. Testis est clarissimus Franciscus Redi, qui Amico fateri non dubitavit: *Io loderò sempre, e fin che avrò fiato celebrerò le glorie di Ferdinando II. Granduca di Toscana mio Signore, il quale se talvolta per breve ora deposti i più gravi affari del Governo, si diporta tra le amenità delle Filosofiche speculazioni, lo fa non per un vano, ed ozioso divertimento, ma bensì per ritrovar delle cose la verità, nuda, pura, e schietta; che però con reale, ed indefessa magnificenza somministra del*

continuo a molti Valentuomini tutte quelle comodità, che necessarie sono per arrivare ad un fine così lodevole. At ne testimonio innixus videar unius tantum, & quod maius, nostratis, in hominum conspectum reducere oportet quæ Thomas Bartholinus iunior, in Epistolâ ad eundem Magnum Ducem, quam Cistæ Medicæ Hafniensi præposuit, recenset. *Sacrum Hermetis ignem continuo splendidissimi Laboratorii foco ad cunctorum usus foves, & accendis, & inæstimabili Bibliothecæ Mediceæ thesauro, cuius, & nos fructum ex alienâ semente percepimus, litterati Orbis curiositati consuluisti, & eruditioni.*

Huius autem studii cultores, qui in Regiâ Mediceorum Domo congregabantur, Viri quidem fuêre ab omnibus fere celebrati, atque illis tantummodo ignoti, quibus vita actum agentibus elabitur, quosque

Occupat exanguis, somnique ignavia mater.

Vincentius Viviani, Alphonsus Borelli, Franciscus Redi, Antonius Oliva, Carolus Rinaldini, & alii quamplurimi, qui exquisitioris eruditionis, ac doctrinæ singularis testimonio haud egent. Urgebat opus Leopoldus ab Etruriâ Cardinalis Medices Protector, his aliisque de caussis vere Philosophiæ Mœcenas appellatus, qui quantum sibi a necessariis curis vacare dabatur, totum id experimentis quotidie dabat. Rerum autem naturalium secreta experiendo comperta Laurentius Magalottius eiusdem Academiæ a secretis prægrandi digessit Commentario, cui titulus *Saggi di Naturali Esperienze*, quod quum pluries ab anno 1667. prælis recusum sit, nunc, me scribente, iterum in studiosorum hominum utilitatem vulgare parant typis suis Lugduni Batavorum Verbeek fratres, in Latinum conversum.

Lemma quod sibi sumpsit Academia fuit: *Provando, e riprovando*. Philippus Senator Bonarota Vir Clarissimus, atque non minus dignitate, quam doctrinâ, eruditione, & iudicio cum paucis conferendus, testatur, Academicos *del Cimento* nuncupatos viam experimentis, & penitioribus rerum naturalium secretis indagandis Europæ eruditis aperuisse. Nec gratis; etenim in Vita Marcelli Malpighii idipsum confirmare videtur Vir conspicuus, ac de litterariâ Republicâ bene admodum meritus Eustachius Manfredi Bononiensis, de Academiâ *del Cimento* ita loquens: *Da cui tanto vantaggio ha poi riportato la Filosofia speri-*

ſperimentale, e ad imitazion di cui in Inghilterra; ed in Francia; altre Accademie ſono ſtate inſtituite. Quod quidem verum eſſe conſtat; Academia enim Regalis Scientiarum Pariſiis inſtituta non ante annum 1666.; certoque certius eſt Academiam *del Cimento* anno, 1657. inſtitutam, anno 1660. experimentis inſudaſſe. *Nell' Accademia del Cimento ſi lavora* (Redius Carolo Dati eodem tempore ſcripſit,) *e ſi accerti, che il Sereniſſimo Granduca mio Signore ne è invogliatiſſimo quanto mai dire ſi poſſa. Grande obbligazione hanno tutti i Letterati a queſto gran Signore. Io lavoro di ſuo ordine molte coſe, ma particolarmente intorno a' Sali fattizj cavati dalle ceneri de' legni, dell' erbe, e de' frutti, ed ho infino ad ora fatte di belle ſcoperte, le quali a ſuo tempo verranno in luce*. Serius quidem aliæ Scientiarum Academiæ paruerunt: Philoſophica Bononienſis nempe anno 1667.; anno inde 1671. Hafnienſis, cuius acta Thomas Bartholinus Danicus vulgavit; Inveſtigantium Academia Neapoli 1679. erecta, de qua Leonardus a Capua; Phyſicomathematicorum denique Romæ recentioribus temporibus, quæ annum circiter 1686. florere viſa eſt.

De Geometriæ Inventis potius quam repertis.

CAP. XXVIII.



VIncentius Viviani Galilæi in Mathematicis Diſcipulus, Italicum ingenium ita perpolivit optimis artibus, ut inter Mathematicos ſæculi noſtri facile princeps per orbem Litterarium numeretur. Teſtes ſunt qui in conſilio fuêre Societatis Regiæ Londinienſis, quum per publicas litteras penſiculate ab Academiâ uſque de anno 1696. Vivianio noſtro ſeptuagenario maiori datas a doctiſſimo illo celeberrimoque, conventu illum in ſuos cooptatum eſſe nunciarent. Sed ut ad ſcopum propoſitum convertamur, liceat ea audire, quæ Petrus Franciſcus Tocci Baſilicæ Laurentianæ Canonicus de Vivianio ſcripſit: *Era egli già riguardato nella Patria come uno de' ſuoi più chiari lumi, ammeſſo nell' Accademia Fiorentina, in quella della Cruſca, ed aggregato a quella Reale Adunanza degli Accademici del Cimento*,

quando comparve egli a far mostra del suo elevato intelletto agli occhi di tutta la Letterata Europa, col dare alla luce l' anno 1659. (ætatis suæ 37.) *la sua Geometrica Divinazione nel quinto Libro delle Sezioni Coniche di Apollonio Pergeo, intitolata* de Maximis, & Minimis. *Si ha dalla Prefazione, che egli fa a questo Libro, come appena passato a studiare i Conici d' Apollonio, che fu su i diciott' anni finiti, rivolse l' animo a questa magnanima impresa di farsi a investigare quali mai potevano essere le verità, che intorno alle sezioni del cono ci si scoprivano ne' Libri smarritisi d' Apollonio; giacchè di otto Libri, che esso Apollonio promette nella lettera ad Eudemo, e che dà contezza ad Attalo di aver composto, tutti in essere a' tempi di Pappo Alessandrino, anzi d' Eutocio Ascalonita, che fiorì circa gli anni del Signore* 480., *non ce n' erano pervenuti a' nostri tempi altro, che i primi quattro. Ma siccome de' Libri smarritisi l' argomento sapevasi, così aveva in memoria il Viviani particolarmente l' argomento del quinto, in cui scrive Eutocio, che trattavasi delle linee minime, e massime, le quali vanno a terminare nella circonferenza delle sezioni del cono. Incredibile fu il grido, che messe e di quà, e di là da' monti quest' Opera, e le maraviglie, che per tutte le Università se ne fecero; potendosi in verità dire, che di quanti hanno messo mano innanzi a lui a questo indagamento, a nessuno sia riuscito di condurre il lavoro a quell' eccellenza, che l' ha condotto il Viviani. Anzi come quello, che non altro prefiggevasi ne' suoi studj, che di maggiormente conoscere, ed ammirare le grandezze di Dio in questo bel sistema della natura; così ridotta, ch' egli ebbe a buon segno quell' Opera, fece Iddio scoprir cosa, che fu al Viviani di non poca gloria: cioè fece, che si ritrovasse in quel tempo una parte de' Libri d' Apollonio in quella maniera, che il Mondo sa; e si ritrovassero que' Libri composti appunto sull' argomento, sul quale aveva tolto a specolare il Viviani, affinchè dandosi a veder così al Mondo due grandi ingegni affaccendati amendue col lavoro intorno ad una stessa materia, senza saper l' uno l' operato dell' altro, potesse farsene uno stretto paragone, e darsi alla profondità del Viviani il vanto della maggioranza.* Hinc est quod Pater de Chales, postquam unum cum altero Opere contulisset, *Puto*, inquit, *Vincentium Viviani plura dixisse, & meliora, maiorisque momenti, quam quæ in his Apollonii Libris continentur.* Et alibi: *Opus bene compositum, & satis clarum: mallemque ea addiscere, quæ profert,*

quam

quam quæ in Apollonii Libro quinto, & sequentibus scripta sunt.

Iam redeo ad ea quæ Toccius: *E' pur vero, che non ritrovandosi que' Libri d'Apollonio, si sarebbe sempre stimato, che il Viviani non avesse mai saputo pensar così bene, come Apollonio; dove col ritrovamento di loro s'è poi veduto, come Apollonio in quella materia non sepp' egli pensar così bene come il Viviani.* Quod quidem cum sedulo perpendisset præclarus vates Vincentius a Filicaia, fateri non dubitavit Viviano tunc temporis contigisse.

——————————————Aprire
Sentieri al ver non discoperti unquanco.

E veramente (ita Toccius) *chi de' Professori di queste scienze si farà a leggere quella sua Divinazione, non potrà non istupire a que' nuovi scoprimenti di verità, che vi troverà per entro. Che se tanto strepito si fa dal Mondo per quella celebre linea da Apollonio trovata, che chiamano alla Greca Asintote, ben parecchi altre di questa natura, e più maravigliose ancora ce ne ha scoperte il nostro Vincenzio, come si vede alle Proposizioni 34. 41. 42. 44. 45. 46. e 47. Teoremi tutti, che hanno del miracoloso, e che il Conte Lorenzo Magalotti Autor delle Lettere contro agli Atei &c. chiamagli Teoremi ammirabili, e gli novera fra quelle sublimi verità, che s'intende, che elle sono, perchè si dimostrano, ma non si può mica intendere com' elle sono &c. Nelle quali Lettere vi si nomina il Viviani per antonomasia il Geometra Fiorentino.* Et paulo inferius: *Nel 1691. stampò la sua Esercitazione Matematica intitolata = Formazione, e Misura di tutti i Cieli delle Volte regolari degli Architetti, con la struttura, e quadratura d'un nuovo Cielo = ritrovato veramente prodigioso, per cui fugli improntata la Medaglia dal celebre Scultore &c. Giovambatista Foggini, il rovescio della quale è una sfera traforata, con questa Inscrizione: Qui primus sphæricas superficies nil recti habentes notis rectangulis ostendit æquas.* Hinc merito Vincentius a Filicaia.

Il dican l'ardue fila, ond' ei si mise
Tanti a ordir Geometrici lavori;
E quella, che non cape alta fatica
Nel mio pensiero il dica:
Dicanlo tratti dal sepolcro fuori
Gl' illustri alti sudori

Dell'

Dell' età più remote; e 'l non più morto
Pergèo lo dica, ed Aristèo risorto.

Diem Vivianius obiit suum anno Domini 1703. in cuius obitum Salvinius noster cecinit:

Vince il gran nome tuo, vince l' oblìo,
E menerà beato eterni gli anni,
Vincenzo, ch' or, lungi da questi inganni,
Unito al ver, tutto rimiri in Dio.
Di tracciar verità nobil desìo
Più non terratti in gloriosi affanni,
Senza che senso mortal vista appanni,
Scuopresi nel suo bel loco natìo;
E te, fido amatore, a se n' accoglie
Nuda la verità leggiadra, e pura,
Or c' hai deposte le terrestri spoglie.
Se 'l tuo sembiante invida morte fura,
Alle future età fama no 'l toglie,
E l' opra dell' ingegno invitta dura.

Verum enim vero cavendum, ne quis, quum Geometram Florentinum nominarim Vivianium, eundem hunc existimet esse, qui Geometra itidem Florentinus appellatus nomine Paulus, Matthæo Palmerio teste in Chronico ad annum 1372. Florentiæ habetur insignis. Is enim (ne occasionem nactus opportunam declarandi quanti is faciendus sit elabi sinam) a Petro natus *Ser Pieri dell' Abbaco*, tantam sibi famam conciliavit, nedum apud coævos (enituit autem circa annum 1360.) verum etiam & apud posteros, ut in Geometriâ, Arithmeticâ, Astrologiâ universo occidenti notissimus, a Michaele Pocciantio celebretur, atque a Verinio

————Paulus geometer, & idem
Philosophus; novitque omnes doctissimus artes.
Vincit arithmeticis Nilum Florentia chartis;
Assyriæque caput Babylon iam cessit Hetruscis.

Quid vero de eo sentiendum declarat Sepulcrale Elogium in S. Trinitatis nobili tumulo superimpositum.

Qui

Qui numeros omnes, Terræque, Marisque profundi
Per longos tractus dudum, sedemque Tonantis
Signa Poli, Solisque vias, Lunæque reflexus,
Stellarum cursus, & fixos ætheris ignes,
Et quicquid natura potens concesserit Astris
Volverat ingenio vivens, hoc marmore tectus
Æternum recubat Paulus Geometra sepultus.
Fama tenet clarum nomen, longumque tenebit,
Ac civem sumpsisse suum testatur Olympus.

Sed cum de huius Geometræ repertis nil aliud habeamus, quam quod Iulius Nigrius, atque Michael Pocciantes tradidêre, quorum primus testatur quædam Paulum adinvenisse instrumenta ac machinas, per quæ ipse quæcumque de stellarum cœlique motibus præceptis dictitabat, ob oculos poneret; alter vero, quicquid de sideribus, & cœlo loqui, aut excogitari potest, id etiam propriis manibus cum instrumentis ad hoc confectis, singulis id spectare volentibus, demonstravit, multaque sui divini ingenii monumenta reliquit; diutius in his commorari frustraneum.

De Horologiorum, aliorumque Instrumentorum motus perpetui inventionibus.

CAP. XXIX.



Eorgius Vasarius, de Alexio Baldovinetto plurima referens, auctorem dicit horologii cuiusdam, in quo planetarum rotæ assiduâ periodo currunt, Laurentium a Vulpariâ horologiis conficiendis excellentissimum opificem, optimumque Astrologum; subdens huiusce horologii specimen apud Cosmum Primum Etruriæ Ducem extare, *cosa rara, e la prima, che fosse mai fatta di questa maniera*. Idipsum testatur Franciscus Albertinius, qui loquens de Veteri Ducali Domo: *In detto Palazzo è il mirabile, e artifiziofo horologio, che mostra il corso del Sole, e moto di tutti i Pianeti per mano di Lorenzo Vulpario*. Dominicus Mellini de Ingressu Iohannæ Austriacæ: *Lorenzo*

renzo

Digitized by Google

renzo dalla Golpaja, che fu lo primo, che messe in pratica, e ridusse in una materiale spera i movimenti di tutti i Cieli, & Pianeti, cosa maravigliosa, & da non poter credersi ancora da coloro, che la veggono, nel mirabilissimo Orologio volgarmente chiamato l' Oriuolo de' Pianeti, il quale fu d' invenzione, & di mano sua. Cinellius de Laurentio ait: *Il Monaldi nella sua Storia fra gli Astrologi, e Matematici di vaglia meritamente lo ha collocato*. Eodem ferme pacto Benvenutus Cellinius: *Lorenzo dalla Golpaja &c. esercitando tal arte, si volse a far gli Horiuoli, & in quella professione con tanto fondamento, & diligenza operò, che perciò ne venne lodato da' più intendenti d' Italia*. Michael denique Pocciantes: *Laurentius Volpaiæ Mathematicæ præcipuus inter nobilissimos sui ingenii fœtus peperit horologium, in quo summo studio, & exactâ admodum diligentiâ quicquid de sideribus, & cœlo excogitari potest, id etiam propriis manibus perfecit, & demonstravit*. *Egli però*, sequitur Cinellius, *sopra così celebre, ed onorata fatica lasciò una ben aggiustata Relazione intitolata*: *Regola, e Descrizione dell' Oriuolo di Lorenzo della Volpaia*. Ego vero in Bibliothecâ insigni Strozià opellam quandam vidi, in qua manu filii cuiusdam Auctoris, ex ectypo eiusdem excerpta, legitur: *Coll' aiuto del Signore faremo uno Oriuolo, che porterà tutti i pianeti con li loro moti dimostrantisi in una spera così formata, e di tal grandezza, ma prima diremo dell' Oriuolo &c.* Sed ut melius noscatur eiusdem horologii forma, atque usus, audire præstat descriptionem ab Angelo Politiano, Viro celeberrimo factam, quæ simul tempus ostendit, in quo eximius Laurentius emicuit. Ita enim Politianus Francisco Casæ suo. *Accepi epistolam tuam, qua mihi significas allatum istuc esse de machinulâ automato, quæ sit nuper a Laurentio quodam Florentino constructa, in qua siderum cursus cum cœli ratione congruens explicetur; aisque te cupere, ut quoniam famæ fides derogetur, ego ad te de eâ scribam, si quid comperti habeam: Geram tibi morem. Et quamvis longo intervallo id opus ruri agens, haud aspexi; tamen eius vel quæ forma sit, vel ratio, vel usus, quantum consequi memoriâ potero, breviter exponam. Quæ si tibi explicatio paulo videatur obscurior, non nostræ omnino orationi, sed ipsius etiam rei, qua de agitur, subtilitati, atque adeo novitati velim attribuas. Columella est quadrata, quæ pyramidos modo in acutum desinens fastigiatur, altitudinis fere trium cubitûm. Supra*

eam

Digitized by Google

eam pro capitello planus orbis est aheneus, auro, & coloribus distinctus, & in cuius alterâ parte omnis siderum errantium cursus explicatur, cuius est dimensio cubitali brevior, rotulisque intrinsecus denticulatis agitur, circulo immobili summum complectente marginem, quatuor & viginti horarum spatiis distincto. Intraque eum in summo versatili orbe signa duodecim suis discernuntur gradibus. Interius orbiculi octo pari ferme inter se magnitudine visuntur. Ex iis duo medium obtinent punctum, alter scilicet alteri infixus, sic ut inferior maiusculus Solem, superior Lunam repræsentet. A Sole radius ad circulum pertingens, in ipso quidem horas, in signifero vero menseis, dies, graduumque numerum, verumque & medium (quod aiunt) Solis motum pariter indicet. A Lunâ item stylus prodit, ipsius horarum index, quæ scilicet inferius in limbo ipso maioris orbiculi designantur, perque lunaris epicyclii transiens centrum, signiferumque contingens, medium sui sideris declarat motum: alteri idem indidem exoriens, lunarisque centrum corporis, hoc est epicyclii oram secans, verum eius locum manifestat. Quo fit, ut & tarditas, celeritasque, & motus, cursusque omnis, & coitus item, plenilunia que visantur. Circum hos orbiculi sex, quorum unus, quem Draconis caput caudamque vocant, Solis pariter Lunæque defectus insinuat. Reliqui planetis attributi. Quorum a singulis binæ eminent cuspides motuum indices, perinde atque in Lunâ ostendimus. Sed ei retroquoque gradiuntur, quod nequaquam in Lunâ usuvenit, utpote cuius in contrarium feratur epicyclios. Ita & coniunctionum, & recessuum, & latitudinum ratio in singulis manifesta. Est præterea limbus alius, signiferi instar, sex illos quos dixi planetarum orbiculos superne secans, unde & orientium gradus signorum, & dierum spatia, hoc est, quotâ Sol horâ exoriatur, apparet. A quibus singuli planetæ orbiculis deferuntur, & vicissim interdiu quidem ad orientem, noctu vero ad occasum commeant. Contra orbis ipse amplissimus noctu ad orientem, interdiu ad occidentem, quatuor & viginti horarum spatio planetas torquet. Quæ scilicet omnia cum cœlo congruere ipso, & ratio convincit, & peritissimus quisque consentit. Nec est, quod mireris, incredibilia hæc videri permultis. Quippe (ut est apud quendam) Tarda solet magnis rebus inesse fides. Vix ipsi, inquam, oculis credimus, cum hæc quotidie intueamur. Et paulo post. *Ipso quidem opere laus omnis inferior est; neque enim aliter laudari pro dignitate potest, nisi ut omnem illi*

laudem esse imparem fateamur. Ipsum certe artificem dubium est, morum ne & probitatis, candorisque & sanctitatis, an ingenii magis causâ admiremur, sic ut & cœlitus demissum, & in cœlum didicisse existimemus. Vale. Fæsulis 6. Idus Augustas 1484. Laurentii effigies cum aliis celebrium Virorum in Sacello visitur maiori Ecclesiæ S. Trinitatis.

Venio nunc ad alia. Iosephus Lanzonius Ferrariensis, Vir de Medicâ ac Philosophicâ facultate optime meritus, in Adversariis suis Ferrariæ impressis 1714. Lib. 4. cap. 9. Pendula horologiis Galilæum primum adaptasse recenset. Fusius tamen ac luculentius Vincentius Vivianius, in Vitâ Galilæi. *Colla sagacità del suo ingegno inventò quella semplice, e regolata misura del tempo per mezzo del pendolo, non prima da alcun altro avvertita, pigliando occasione d' osservarla dal moto d' una lampada, mentre era un giorno nel Duomo di Pisa, e facendone esperienze esattissime, s' accertò dell' egualità delle sue vibrazioni, e per allora sovvennegli d' adattarla all' uso della Medicina per la misura della frequenza de' polsi, con istupore, e diletto de' Medici di quei tempi, e come oggi ancora si pratica vulgarmente, della quale invenzione si valse poi in varie esperienze, e misure di tempi, e moti.*

Denique ne silentio præteriens ea, de quibus vix mentio a nostris Scriptoribus facta, Lectoris indignationem incurram, recensere opus est, quæ a Raphaele Borghinio in Opere cui titulus *il Riposo*, accepimus. Scribit enim Benardum Bontalentium, de quo nos pluries, instrumentum quoddam invenisse motûs perpetui, in quo quatuor elementa extabant.



De

Digitized by Google

De Inventore Instrumenti cuiusdam, Italice il Globo andante.

CAP. XXX.



Pud Astronomos, Geometrasque notum opinor perspectumque instrumentum ab Auctore suo *il Globo andante* nuncupatum; unicuique vero patet ex eiusdem Icone Florentiæ anno 1645. impressâ, cui titulus: *Disegno del Globo andante di Francesco Generini Scultor Fiorentino formato da lui per mostrare il Moto diurno, Lunare, & annuo, con l' inequalità de' giorni, e dell' ore naturali, e artificiali finora per alcuno strumento non veduta operare*. Circa hæc tempora floruit Generinius, qui Iconem ipsam Ferdinando Secundo Magno Etruriæ Duci dicavit. In Opellæ vero proœmio sic lectorem alloquitur: *L' avere avvertito, cortese Lettore, che nel rappresentare con istrumenti, sì piccoli, come grandi, fabbricati fin quì, sotto nome per lo più d' Orioli, la distribuzione oraria del tempo, cagionata dal moto de' Cieli, con altre loro operazioni, rese a noi per detti strumenti sensibili, e visibili, nessuno per ancora, che sia, per diligenza fattane, venuto a mia notizia, ha tentato non che fatto attualmente vedere la detta oraria distribuzione in un corpo sferico, che nel muoversi, portando seco i due maggiori Luminarj, in uno stesso tempo ne rappresenti all' occhio de' riguardanti, sopra, e sotto il nostro emispero, secondo il sito, e positura de' Cieli, il moto diurno, e notturno, col crescere, e tramontar del Sole, secondo l' equalità, e inequalità de' giorni sì naturali, come artificiali, il corso lunare, e solare, con altre non men curiose, che nuove rappresentazioni, che a questi moti conseguono, come quì appresso verrà notato. Il non aver veduto tal cosa fatta fin' ora, m' indusse (stimando io tutto questo fattibile) a tentarne, siccome feci, l' impresa. Faticai veramente nel modo, non senza l' avvenimento di molte difficultà: Con tutto ciò lo studio, e la pazienza, sostenute dalla confidenza della riuscita, mi anno fatto condurre a fine, e in grado tale, che in oggi* *apud Massior, & Landior.*

il mio Strumento fa aggiustatamente vedere tutte le sopraddette operazioni. E l' averne poi voluta far la riprova di più anni, mi ha dato la sicurtà della continuazione, e questa accresciuto animo d' esporlo al Pubblico, e farne parte a chi ha diletto di rimirar quaggiù in cose per umana opera fabbricate i moti de' Cieli a noi cotanto lontani, e perciò inaccessibili.

Cæterum Mathematicis disciplinis se totum dedisse Generinium nostrum Iulius Nigri in Historiâ Scriptorum Florentinorum, Magliabecchii auctoritate, confirmat.

De Inventore Instrumenti ad aquæ profunditatem in mari explorandam.

CAP. XXXI.



Olis Albertiana, sive Albertina, instrumentum est, quod uti natalem, ita & nomen a Leone Baptista Albertio Patricio Florentino repetit, a quo excogitatum esse accepimus. Ortum Auctoris istius ad annum ascribitur humanæ Reparationis 1398. fausto omine, donec sæculum decimum quinctum, immensâ in mensurâ videre ceperit. Inventio vero sic a Cabeo, Lib. 2. tit. 6. quæst. 13 describitur: *Rationem mensurandi altitudinem maris excogitavit Leo Baptista Albertus. Composuit ex subere, vel ex aliâ simili levissimâ materiâ globum, cui uncinum infixit, ex parte ipsius pilæ, seu globi apertum, tum ex virgulâ ferri, vel plumbi, tantæ magnitudinis, quantum sufficit, ut vel reluctantem hunc globum infra aquam detrahere possit, format acutum in figura 7. & virgulam inflectit, ut faciat angulum acutum, & virgulam levigatam, & teretem facit, tum globi uncinum inserit in partem superiorem huius virgæ. Debet autem uncini curvatura esse talis, ut facillime & admittat, & dimittat virgam illam: Iam parat Vas aquâ plenum, & exiguum foramen in fundo aperit ad modum clepsydræ, cui suppositum habet aliud vas vacuum. Rem hic non pingo.* Pinxit attamen Inventor ipse, Albertus, Architecturæ suæ Libro sexto, pingitque



gitque Ricciolius in Almagesto sic, inquiens: *globulo gallæ, aut suberis D, ex ansulâ C appendendus est uncinus plumbeus A B F, cuius maior sit pars B F, & demittendus ad fundum maris, & eodem momento vertenda est clepsydra; statim enim ac plumbeum illud impinget in profundum maris, reclinabitur uncinus, & exibit ex ansulâ C, quare galla, aut suber revertetur sursum ad superficiem aquæ; quo reverso sistenda est clepsydra, & metiendum tempus; deinde maris illius profunditas exploretur bolide, quæ sit exempli gratiâ pedum 300. & tempus illud fuerit decem minutorum, ergo,* (inquit) *si eiusdem ponderis uncinus & suber in aliud mare ignotum demittatur, & tempus descensus simul, & ascensus numeretur, sciri potest illius profunditas absque bolide.* Ubi notare oportet, bolidem proprie apud Geometras instrumentum illud nuncupari, quo, funiculo iuncto, ad metiendam profunditatem aquæ primitus utebantur; quod ad clare ac dilucide methodum nostram intelligendam adnotasse sit satis. Ad huiuscemodi autem Bolidis exemplum, Bolis & Albertina dici cepit; in qua etsi aliqua difficultas a Ricciolio ac Cabeo inveniatur, nullius tamen momenti est, nec ideo meretur, ut celebre inventoris nomen sileatur, quod a Varenio (1) & Georgio Paschio (2) factum, ægre ferimus. Florentinorum ingenio hoc commentum adscribunt Blancanus (3) atque Mersenius (4), aliique plurimi, qui summis laudibus idip sum extollunt. Sed quid his immoror? quando tanti facienda visa est inventio Albertianæ Bolidis, ut Societas Regia in Angliâ eam Hookio centum & quinquaginta post annos tribuerit. In Actis enim huius celeberrimi Cœtûs, Lipsiæ anno 1675. impressis (5), sub anno 1665. die vero 12. Februarii ita legitur: *Cum maxime utile sit Philosophiæ Physicæ, ac Arti navigandi cognoscere modum, quo profunditas maris sine cordâ tentanda, & haurienda aqua ex quacunque maris profunditate, invenit Dominus Hookius sequentes modos utrumque perficiendi; qui additi fuissent nuper impressis Instructionibus Nautarum, si tum convenienter fieri potuisset.* Hinc quoad primum, scilicet profunditatem Maris experiendæ, paucis immutatis Commentum Leonis Baptistæ Albertii refert, figuramque ipsius ære cælatam subdit.

Lib. 2. de Sphær. elem. cap. 5. §. xi.

(1) *Geogr. cap. 13. prop. 6.*
(2) *De curiosis huius sæc. inv. cap. 6. §. 8.*
(3) *Blanc. Sphær. lib. 5. cap. 4.*
(4) *Mers. in probl.*
(5) *Sumpt. Io: Fritschii in 4.*

Quis

Quis Molis, prælis oleariis, pilis chartariis, follibus ferrariis, aliisque facilem, ac celerrimum motum donaverit.

CAP. XXXII.

De illustr. Urb. Flor.



Rogenies alto celebrari digna cotburno de nobilissimâ Patriciâ Capponiâ gente iure affatus est Ugolinus Verinus, in quâ multi fuêre, qui tum liberalibus disciplinis, tum Reipublicæ commodis operam dedêre, inter quos Thomas Gini quond. Nerii de Capponibus Florentiæ natus anno circiter 1445. Hic generosam avorum nobilitatem, summis iam iam patriæ honoribus functus, virtute, & industriâ suâ adauxit, quippe qui machinam quandam meditando, ac iterum, iterumque experiendo adinvenerit, per quam in sicco, ut aiunt, moleretur. Et quemadmodum hoc instrumentum auxilio modicæ aquæ, aut venti, aut hominis unius, aut equi duplices molas uno eodemque tempore movebat; ita eo ipso usus est summâ quam dic potest facilitate in prælis oleariis, pilis chartariis, follibusque ferrariis, iis etiam quæ vulgo *gualchiere* nuncupantur. Huiusmodi autem commenti historia brevis habetur in Codice BP. celebris Bibliothecæ manuscriptorum Strozianæ pag. 82. & 83. Emicuit Auctor circa 1480.



De

De Machinarum ad lapides secandos, aquasque hauriendas adinventione.

CAP. XXXIII.



Roximum est ut de machinis verbum faciamus, per quas ingentis magnitudinis lapides, & marmora facillime excidi, ac secari, simulque aquæ exhauriri ceperunt. Ad horum utilitatem ostentandam satius quidem esset in medium magnos sumptus proferre, quos in Ædium constructione fieri necesse iam fuerat. Huiusmodi commenta cepere apud nos sub dimidium sæculi Reparationis humanæ decimisexti, studio Bernardi Bontalentii, de quo, ne prolixior videar quam oportet, alibi verba oportune faciam.

Quis tormenta bellica quædam, novosque minandi modos, aliaque ad bellum spectantia excogitaverit.

CAP. XXXIV.



Lorentiam homines proferre ingeniosissimos, & ad omnia idoneos, vetus elogium est. Quod quidem temere dictum videretur, nisi experientiâ confirmaretur. A Bernardo Bontalentio Florentino (de quo pluries nos alibi) qui *dalle girandole* nuncupari cepit ob tubos papyraceos eiusdem nominis a se inventos, tormentum bellicum formidabilissimum, vulgo *Cannone scacciadiavoli*, excogitatum est. Itemque tormentum murale ligneum, cuius vim nostri quidem in Senensi bello anno scilicet 1554. experti sunt. Simili quoque pacto novum minandi modum a Bernardo compertum fuisse perhibetur. Ab ipso denique pilæ militares inventæ, quæ materno idiomate *Granate* nuncupari cepêre.

Rossel. in Trismegist. Com. XI. Dial. 5. pag. 125.

De

De Invento Omnichordi.

CAP. XXXV.



Ulta mihi necessario prætermittenda videntur, ut possim breviter ea tractare, quæ recensere aggressus sum. Illud tamen prætereundum esse minime sentio, Florentinos tum antiquis temporibus, tum ætati nostræ proximioribus musicam sæpissime adhibuisse, adeo ut aulœdos esse, ut summi illius Viri verbis utar, conarentur qui citharœdi fieri non potuerint. Quid mirum igitur, si duo musicalia instrumenta a nobis inventa? Unum eorum illud est, de quo nunc agimus, cum Francisco Cionaccio, qui inquit: *A' nostri giorni non ha fatto stupire forse i primi Maestri dell' armonia in materia di suoni quel nuovo instrumento di tasti a tanti registri cognominato il Proteo inventato da Francesco Nigetti* (qui claruit circa anteacti sæculi semis) *ultimamente morto, il maggior Uomo, che abbia veduto finora la Musica?* De hoc Organo Clarissimus Antonius Maria Salvinius Vir omnium ætatum laudibus celebrandus in notis Operi additis *Della Perfetta Poesia Italiana di Lodovico Antonio Muratori Tom. 2. pag.* 31. ait: *Il genere enarmonico &c. è stato richiamato a' tempi nostri dal già Francesco Nigetti celebre Musico Fiorentino, ed Organista del nostro Duomo, che inventò, e costrusse un Cembalo, o Strumento di tasti, a cinque ordini, o palchi, detto da lui strumento Omnisono &c. ed' è tenuto in Casa, e sonato dal suo degno Discepolo, e Successore, e Sacerdote Fiorentino Giovammaria Casini, Cappellano della Serenissima Principessa di Toscana Violante Beatrice di Baviera.* De huiusmodi Omnichordi utilitate, ac excellentiâ ita Scipio Marchio Maffeius, Vir de literariâ Republicâ optime meritus: *Non sarà quì discaro agli amatori della Musica, che alcuna cosa si dica anche di un altro raro Gravicembalo, che si trova pure in Firenze in mano del Sig. Casini Maestro lodatissimo di Cappella. Ha questo cinque tastature, cioè cinque interi ordini di tasti, l' uno sopra l' altro gradatamente, e si può dire Strumento perfetto, essendovi divisa ogni voce ne' suoi cinque quinti; ond' è che si può in esso far la circolazione, e scor-*

In Origine, & Prog. Cantus Ecclesiastici.

e scorrere per tutti i tuoni, senza urtare in dissonanza alcuna, e trovando sempre tutti gli accompagnamenti perfetti, come fa sentire il suo Possditore, che lo ricerca eccellentemente. Laudatur ὄργανον a Laurentio Comite Magalottio in Epistolis suis doctrinâ, & eruditione refertissimis. Verum iis omnibus accedit Iohannes Cinellius, qui ubi de Civitate Florentiæ plurima referre agressus fuit, hæc subdit de Omnichordi Inventore: *Oltre l' aver diviso ogni voce in cinque voci con altrettante tastature, ha fatto una tavoletta, che trasportandola s' unisce, e accorda con qualsivoglia altro Instrumento*. Ubi notandum, hanc tabellam non in Omnichordo, verum in alio Organo reperiri. Nigettii autem Omnichordum extat nunc apud Benedictum Brescianium Regiæ Bibliothecæ Custodem, Virum clarissimum, omnigenâque eruditione præstantissimum, atque in Mathematicis, ac Geometricis disciplinis cum paucis comparandum; qui prædictâ diapason, ac toni divisione exiguum sane, sed apprime utile Instrumentum confecit, quod duobus mobilibus circulis musicæ transpositioni per totum tonorum ambitum inservit. Organo vero sequens Inscriptio affixa legitur.

Instrumentum omnisonum
Quod olim a Francisco Nigetto
Iuxta Vicentini divisionem
Summo studio fabrefactum fuit
Ut facilius redderetur
In ampliorem hanc formam
Non sine magno labore denuo redactum est
Florentiæ anno salutis MDCLXX.



De Inventore Amphichordi, *vulgo* la Lira Barberina.

CAP. XXXVI.

Origine, e Progressi del Canto Ecclesiastico.



Ed age; non deficere quidem videtur in nuper allatis Patriæ meæ splendor, cum aliud præclarum in Musicâ inventum indicet Cionaccius prædictus, inquiens: *La Lira Barberina suono di corde a mano ritrovato dal preclarissimo nostro Gio: Batista Doni, dotto in Greco, e in Latino, che ha scritto con tanta erudizione* de veteri Musicâ; *strumento nato, e morto col suo Autore, solo perchè non ha lasciato nè in iscritto, nè in voce, a' posteri il modo di maneggiarlo*. De præstantiâ huius Donii Opellæ videre est quæ Cl. Vir Antonius Maria Salvinius affirmat in præcitatis Adnotationibus, quæ Operi apposuit Cl. Viri Ludovici Antonii Muratorii *Della Perfetta Poesia* Lib. 3. pag. 32. & seqq. Sed iis attexere opus est quod Iulius Nigri *De Florentinis Scriptoribus*, nempe: *Amò* (Ioh: Baptista Donius) *con perfetta intelligenza la Poesia, e la Musica, sino a lasciarne precetti magistrali sopra le parti precipue di queste scienze &c. Visse quasi sempre in Roma al servizio di Casa Barberina, donde passò alla Carica di Segretario del Sagro Collegio de' Cardinali. Abbiamo di lui raccolte dagli Accademici Fiorentini l'Opere, che sieguono: Un Compendio del grande Trattato da lui scritto de' generi, e de' modi della Musica, con un Discorso sopra la Prefazione de' Concerti, ed un Saggio a due voci di mutazioni di genere, e di tuono in tre maniere d' Intavolatura; all' Eminentissimo Cardinal Barberino. Annotazioni sopra il Compendio de' generi, e modi della Musica; con due Trattati sopra i tuoni, ed armonie degli Antichi; con sette Discorsi sopra le materie più principali della Musica, ed alcuni Instrumenti nuovi praticati da Lui; all' istesso Cardinale; Roma* 1640. *Alle quali Annotazioni avea all' ordine per aggiugnerlo un Trattato sopra il genere enarmonico con cinque Discorsi. De præstantiâ Musicæ veteris Libri tres, totidem Dialogis comprehensi; adiecto ad finem Onomastico selectorum Verborum ad hanc facultatem pertinentium, ad Cardinalem Iulium Mazzarinum*. Omissus est a P. Nigrio Doniani calami fœtus, eruditorum oculis adhuc invisus,

qui

Digitized by Google

qui extat Manuſcriptus, una cum Organo a Donio fabrefacto; apud ſuos hæredes, notaturque ab Athanaſio Kirchero, atque in calce eiuſdem Donii Operis *De præſtantiâ Muſicæ veteris*, hoc titulo: *Lyra Barberina ſive Amphichordum a Iohanne Baptiſta Donio inventum, eodemque curante fabricatum, atque evulgatum, hoc autem in Libro accurate expoſitum, in quo etiam vetus Citharodia, Lyræque præſertim, ac Cytharæ forma, uſus, partes, ſpecies, appellationes obiter illuſtrantur; additis multis veterum Organorum Muſicorum Iconiſmis, atque huius Amphicordi in primis, cum ſingularum eius partium delineatione, ac nomenclaturis.* *In Muſurgia univerſ. tom. 1. lib. 6. pag. 486.*

Floruit Donius ante dimidium ſæculi decimiſeptimi, tempore, quo pariter emicuit Cl. Nicolaus Heinſius, qui illum quinquagenario maiorem, morte anno 1647. peremptum hoc parentavit elogio:

Iohanni Baptiſtæ Donio
Patricio Florentino
Viro inter doctos optimo,
Inter bonos doctiſſimo,
Muſicæ veteris, & antiquitatis omnis
Magno Inſtauratori
Immaturâ morte ſublato.

Scientiarum pectus omnium ſedes,
Vindex vetuſti temporis, ſui lumen,
Pitho Pelaſga, Suada Romulæ gentis,
Hetruſca Siren, nectar unicum fandi,
Sal Gratiarum, mens Leporis antiqui,
Cortina Phœbi, Muſici chori plectrum,
Minervæ amores, ipſe Candor & Virtus,
Hæc, pluraque his, hoc clauſa nunc tacent ſaxo.
Dixi, Viator, multa: nil tamen dixi.

Antequam diſſertationi de Muſicis Inventis finem ponamus, non omittendum, inter eos, qui Muſicen ditarunt, extitiſſe Antonium Carbonchium Equitem, qui ſcripſit: *Le dodici Chitarre ſpoſtate inventate dal Cavalier Antonio Carbonchi Fiorentino. In Firenze* 1643. in fol. Opus iſtud dicavit *all' Illuſtriſſimo Sig. Marcheſe Bartolommeo Corſini*; qui Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis XII. Pont. Max. Florentinorum Faſtorum iubaris ſplendidiſſimi Parens fuit. In Antonium Alexander Adimarius cecinit.

 Lodi-

Lodino, Antonio, omai l' Alme viventi
La tua mano, il pensier, l' arte, e le corde, &c.

Claruit medio decimoseptimo sæculo. Icon in eius Libro expressa visitur, inventorisque titulo prænotatur.

Quomodo picturæ sericæ utraque ex parte, utque aiunt per commesso *inventæ sunt*.

CAP. XXXVII.



Ecessum quidem est, si qui sunt exteri, qui ius habere censeant in sericorum Vexillorum conficiendorum inventione, prodire eos, atque rationes, ac testes proferre. Philippus enim Baldinuccius in Vitâ Alexandri quond. Mariani Filipepi, Florentini Pictoris, Sandri cognomento Botticelli, ita loquitur: *fu egli de' primi, che trovasse il modo di lavorare gli Stendardi, come si suol dire, per commesso, perchè i colori non istinghino, e dall' una, e dall'altra banda mostrino il colore del drappo. In tal modo dipinse il Baldacchino d' Orsanmichele di variate immagini di Maria Vergine*. Quid vero sibi velit verbum illud *di commesso* videre est in nomenclatore ipsius Baldinucci, qui ait: *Dicesi lavoro di commesso una certa sorta di pittura, che circa il 1470. fu da Sandro Filipepi, detto il Botticello, ritrovata, e da altri Pittori messa in uso in Firenze, per fare stendardi, e bandiere, commettendo insieme pezzi di drappi di varj colori, e formando con quei pezzi figure, o altro, facendo apparire il color del drappo dall' una, e l' altra parte*. Floruit Alexander civis noster prope annum 1500. obiit 1515. ætatis suæ 78. tumulatusque est in Ecclesiâ Omnium Sanctorum, Commentarium Divinæ Comœdiæ MS. inter ingenii sui fœtus relinquens.

Borgh. ripos. p. 352. e 353.

Dr

De fictilis opificii comperto, quod apud Italos Terra della Robbia.

CAP. XXXVIII.



Ed age; dicere nunc lubet de fictili Opificio, quod ad Plasticam pertinere videtur, luto, & latere constans, marmorisque similitudinem præseferens, apud nos *Terra della Robbia*. Hanc, Georgio Vasario, ac Raphaele Borghinio auctoribus, Lucas *della Robbia* Florentinus, a quo Patricia gens *della Robbia*, invexit, qui natus anno Æræ Christianæ 1388. atque Sculpturæ a teneris iam inde traditus, in qua excellentiæ laudem assequtus est, quum iterum iterumque perpenderet quam ardua, ac difficilia essent marmorea opera, eaque tantulâ vilique mercede emptoribus comparanda, lutea excogitaverit perficienda, si quando daretur quidpiam inveniri, quo temporis iniuriæ eluderentur. Et revera ita illi sors propitia, ingenium, vires, ut lutum, cœnumve repererit, quo, chalcanto aliâve simili materie permixto, marmorea pene opera conficerentur. Unum primumque ex eius fictilibus operibus multis, Florentiæ variis in Ecclesiis, illud extitit Christi Domini Resurrectionem exprimens supra ianuam Sacristiæ, quod aiunt, S. Mariæ *del Fiore*, indeque aliud Ascensionis aliâ in parte Metropolitanæ Ecclesiæ collocatum, ubi mirum quomodo post tot sæcula recentes in luto colores appareant.

Fuit & Lucæ inventum figuras cuiuscunque generis in tabulis pingere luteis, ut æternitati opus commendaretur,

——Quod nec Iovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas;

cuius exemplum habetur in pariete exteriori Sacrarum Ædium D. Michaelis in horto, in qua Stemma Artis Medicorum, & Pharmacopolarum Opifex summus invisum quidem in modum coloribus perfecit.

Quis

Quis primus ex gypso Personas mortuorum, quæ alias Maschere, *efformaverit*.

CAP. XXXIX.



D Plasticam quoque spectat Opificium illud iam excogitatum ab Andrea Verrochio Florentino Michaelis filio, in Picturâ, Sculpturâ, & Architecturâ versatissimo, quo nempe formas, aut ectypa ducimus rerum naturalium, puta membrorum humanorum, præsertim faciei, gypso vultu superimposito, ac coagulato. Debemus autem nonnihil inventioni huic, per quam effigies ad vivum conservantur Sanctorum, Virûmque omnifariam illustrium, ex quibus mos etiam introductus figurarum, quæ vulgo *Voti*, ex quacumque materie effingendarum. Obiit Verrochius non sine ingenti pulcherrimis in artibus laude anno Domini 1488. ætatis suæ quinquagesimo; tumulatusque in Ecclesiâ S. Ambrosii Civitatis, ut ex Tumuli Epigraphe apparet, nempe: *Ser Michaelis de Cionis, & suorum. Hic ossa iacent Andreæ Verrochii qui obiit Venetiis* 1488. Quod ad unguem concordat cum testamenti verbis, quod ipse Venetiis 25. Iunii eiusdem anni condidit, ac Florentiæ in Bibliothecâ Stroziâ asservatur.

De Prototypo incisionis in ære.

CAP. XL.



Ereor mehercule ne, aut gravioribus utar verbis, quam natura fert, aut levioribus in dicendo quam causa postulabat. Post Picturam, Sculpturam, Architecturam, nihil dilectatione magis afficit intuentium animos, quam ars illa multiplicandi per æra cælata imagines, aliaque; quæ omnia, cuiuscunque generis sint, ob archetypos prope dixerim innumeros unicuique communia reddit. Huiusmodi

di inventionem Georgius Vaſarius, Philippus Baldinuccius, aliique tribuunt Thomæ, ſeu, quod corrupte dicitur, Maſo Finiguerræ aurifici Florentino, argentario, ſculptori, inciſori denique, qui non ad annum 1460. ut Pater Peregrinus Antonius Orlandus in Abecedario Pictorum autumare viſus eſt, hanc inventionem protraxit; verum prope annum 1400. fauſtis auſpiciis, bonoque omine auſpicatus eſt, dum infimo ſcalpro argentum, ut erat ſuipſius muneris opificium, delinearet; collineatumque nigro quodam atramento repleret. Initium hujus operoſiſſimi artificii fuere quædam Tabellæ Pacis, geſtatoriæ ut vocant, quæ oſculandæ exhiberi quotannis ſolent in Eccleſiâ Florentini Baptiſterii S. Iohannis, hiſtoriam Paſſionis Domini noſtri multiplicibus figuris præſeferentes. Albertus Durerus hanc æneorum typorum cælandi artem ſummo omnium plauſu perfecit, publiceque expoſuit. *V. etiam Muſantium ſac. xv.*

De duobus utillimis ingeniis repertis Architecturam ſpectantibus.

CAP. XLI.



Recte quidem Franciſci Bocchii ore pronunciatum: *In multis maximiſque rebus, quibus noſtra hæc civitas prædita eſt, mirificum ſenſum habet intelligendi, atque ea, quæ videntur, effingendi.* *Orat. de laud. Bonarrotæ.* Quantum præſtantiæ ingenii, ac ſolertiæ fuerit duobus in Architecturâ ſingularibus Viris, Philippo olim Ser Brunelleſchii, ac Michaeli Angelo Bonarrotæ, teſtudinum extollendarum laude clariſſimis, vel ex hoc intelligi poteſt. Primo enim Romæ aliquando antiquioribus ædificiis contemplandis occupato, plura viſere occurrebant forula in lapidibus, ſingula ſingulis. Hinc ipſe ratus eſt haud temere priſcis facta fuiſſe temporibus, quæ aliis forſan inutilia viderentur. Ex alterâ autem parte maximam perpendens difficultatem ingentibus in lapidibus marmoribuſque a ſolo efferendis, unumque ſupra alterum ſtatuendis; altius reperit cogitatum, forula ob id ipſum confecta fuiſſe, ut aptarent ſcilicet ingenium,

um, qualecumque illud esset, ad eos lapides tollendos, quod Philippus ipse, meditando iterum (ut Vir erat ad amplificanda optimarum artium studia natus) excogitavit, inque usum redegit, quodque *Ulivella* patrio sermone dici cepit, tanto, ut credere fas est, artificum plausu, quantum eis commodi visum est attulisse. Huiusmodi quippe repertum in sepulcrali marmoreâ inscriptione, quam dedimus, adumbratum est. Alter etiam ingeniosarum artium nomine celeberrimus, quemadmodum Iacobus Gaddius, ingenium aliud invexisse fama est, quod *Argano* apud nos audit. Hic ille est, de quo Antonius Franciscus Grazzini lepide :

Coroll. Poet. pag. 88.

> *Michel Angel divin dal Cielo eletto*
> *Pittor, Scultor, Architettor perfetto,*
> *Che dove i primi trè Mastri eccellenti*
> *Gittaro i fondamenti*
> *Alle tre nobil Arti, ha posto il tetto,*
> *Onde meritamente*
> *Chiamato è dalla gente*
> *Vero Maestro, e Padre del Disegno.*

Gimm. pag. 367. Hic, cui Praxitelis, & Apellis nomina imparia admodum visa sunt, cum fuerit tum *Architecturæ pater*, tum *Artis miraculum*, Florentiâ Urbe genitus anno Domini 1474. decessit Romæ, *Lib. 34. ad an. 1564.* Thuano teste, præstantissimus Artifex anno 1564 Laudarunt principes litterariæ Reipublicæ Viri, de quibus, quotve ipsi quantique fuerint, plures Manuscripti Codices eiusdem encomia colligentes, apud Hæredem dignissimum, testantur. Ad eum præ cæteris concinne Petrus Arretinus inquiens: *Il Mondo ha molti Re, ed un solo Michelagnolo. Gran miracolo, che la natura non può locar sì in alto una cosa, che Voi non la ritroviate coll' industria*. *Cap. 36.* Michael Mercati, ubi de Obeliscis Romæ, fassus huic inventionem *degli Argani* tribui, quibus pene in omnibus Italiæ locis ad ædes extollendas, movendosque obeliscos, artifices utuntur. *Paolo Terzo teneva gran desiderio di condurre l' Obelisco di Caio Imperadore sulla Piazza di San Pietro, e più volte ne tenne proposito con Michel Agnolo Buonarroti Scultore, e Pittore eccellentissimo dell' età nostra, & Architetto incomparabile, al quale si attribuisce l' invenzione degli Argani, i quali si usano a Roma, e quasi per tutta l' Italia a tirare su le Fabbriche i sassi grandi, & ai tempi nostri si ado-*

adoprano principalmente per muovere gli Obelischi. Bonarrotii ossa Florentiam translata fuêre, atque perhonorifice tumulata in Ecclesiâ S. Crucis, ubi legitur

Michaeli Angelo Bonarrotio e vetustâ Simoniorum Familiâ Sculptori, Pictori, & Architecto, famâ omnibus notissimo Leonardus Patruo amantissimo, & de se optime merito translatis Româ eius ossibus, atque in hoc Templo maior. suor. Sepulcro conditis, cohortante Serenis. Cosmo Med. Magno Etruriæ Duce, P. C. Annis M. D. LXX. vixit Ann LXXXVIII. M. XI. D. XV.

De prima Magnæ Testudinis extollendæ excogitatione.

CAP. XLII.



SI paucis complecti cupiamus quicquid Florentinorum nomen in Architecturâ ad astra usque perduxerit, unum proferre satis Philippum Brunelleschium, cui primo debetur testudinum fornicumque extollendarum inter cætera inventum, per quod *divinissimam illam*, ut Paulus Mini aic, *Metropolitanæ Florentinæ Ecclesiæ Testudinem, absque lapideis, ligneis, aut lateritiis, ut aliis placebat, fulcimentis evexit*; opus quidem utpote a nemine tentatum, ita historiæ laudumque meritissimum. Verinus. *Lib. 2. illustr. Urb. Flor.*

Nunquid Dædaleâ mirabilis arte Philippus,
Cuius tam vastus Templi supra æthera fornix,
Surgit opus; quod iure potes super omnia ferre,
Si septem, vel plura licet miracula ponas?

Matthæus Palmerius in sæpe citato Chron. Ms. ad annum 1436. sic habet: *Florentiæ Ecclesiam maximam, cuius Testudo in terris singularis, Philippo Architecto curante, nullis substentaculis absoluta est, Eugenius Pontifex solemni pompâ dedicavit*. Flavius Blondius: *superbissimam in sacris Reparatæ ædibus fornicem absque vel minimo substentaculo ad summum usque perduci primus edocuit, & curavit*, Ita præ innumeris, quos in medium proferre non est opus, S. Antoninus de Philippo Brunelleschio, quem vocat, *p. 3. c. 166.*

 ma-

maximum omnium eâ tempestate architectorum; *hic enim*, ait, *adinvenit formam ædificandi illam testudinem maximam cupulam Ecclesiæ Maioris Florentinæ sine armaturâ aliquâ*. Illud adiungere libet, quod in Itinerario totius Italiæ, apud me, Coloniæ Agrippinæ impressum 1602. legitur, ubi de Templo Cathedrali Florentino fit mentio: *Habet hoc Templum Cupulam stupendæ machinæ, & artificii, extructam a Philippo di Brunellesco Florentino excellenti architecto*: Phrasi fortasse ex Varchio desumptâ, qui Historiarum IX. ita de hac testudine loquitur: *L' unica, e stupenda macchina chiamata Cupola della Chiesa Cattedrale*.

Quod autem ætatem Philippi respicit, natus ille est anno humanæ salutis 1398. occubuitque anno 1446. ætatis suæ LXIX. In eius obitum sic Florentina Civitas:

Philippo Brunelleschio antiquæ Architecturæ Instauratori
S.P.Q.F. Civi suo benemerenti.

A quibus Repræsentationum, aliarumque rerum Machinæ incheatæ sunt.

CAP. XLIII.



Peræ quidem pretium est, ut antequam a Picturæ, Sculpturæ, & Architecturæ nobilissimis Artibus digrediamur, ingenium in iis, & opera Florentinorum denuo commemoremus: Bernardus siquidem Bontalentius aliquando cœlum apertibile, Angelos in nubibus huc, atque illuc sese versantes in Repræsentationibus sacris, quod aiunt, invexit. Commentum hoc adscribendum videtur primævæ ætati Francisci Principis Medicei, Cosmi Primi delicii, cuius oblectamentis tunc temporis Bernardus inserviebat. In hymenæis Virginiæ Principis Mediceæ Cæsari Estensi anno 1585. nuptæ, huiusmodi Machinæ in Ecclesiâ S. Spiritus, Florentiâ præ lætitiâ exultante, in publicum prodiêre.

Talia inventus est Cosmus Lotti Pictor, & Architector item Florentinus, Florentiæ primum, Matriti postea degens, ubi diem suum sub dimidio decimiseptimi sæculi obiit. De eo Philippus Baldinuccius in Vitâ: *Per questi* (de Principibus Mediceis

diceis Cosmi Secundi filiis loquitur) *fece nel Vivajo de' Pitti moltissimi scherzi d' acqua tanto belli, nuovi, e capricciosi, che più non si poteva desiderare. Fra gli altri fece una piccola barchetta, nella quale eran due barcajuoli, che per forza di contrappesi si vedevano vogare, mentre la barca, che era di un braccio, o poco più, andava camminando. Accomodò ancora nello stesso Vivajo due figurine armate, che non eccedevano l' altezza di un palmo. Queste posavano sopra un piano di asse, coperto di lamiera di rame, e questa sopra un puntello, che in fondo avea uno zoccolo pesante, sì bene contrappesato, che la teneva ferma appunto al piano dell' acqua, mentre le due figurine, mediante alcuni artificiosi ordigni, che eran sotto, incontrandosi insieme, e più volte arretrandosi, s' investivano con lancia*. Fabrefecerat etiam ingeniosissimus Artifex caput quoddam Alberti Magni illi haud absimile, de quo Baldinuccius: *Compose di diverse materie proporzionate alle azioni una testa maggior del naturale, la quale nel toccarsi un bilico, apriva la bocca in modo spaventoso, increspava il naso e le narici, arcava le ciglia, stirava le gote, e stralunava gli occhi; inoltre rizzava i capelli, e prorompeva in un urlo orribile*. Sed quod ad commenta pertinet. *Aveva egli* (sequitur Baldinuccius) *determinato di fare un Giardino &c. con tutte le amenità, e delizie, che son proprie di un tal luogo. Alla porta di questo Giardino voleva, che col toccarsi di un bilico comparisse una finta bellissima femmina pomposamente vestita, ad incontrare il Forestiero, e con bella grazia gli porgesse la mano; quindi accompagnandolo per alcuni passi lo dovesse condurre in luogo, dove dovevano essere altre figure, che da per se stesse a varie azioni si movessero. Vedutosi poi dal Forestiero il più bello del giardino, doveva egli pervenire in un luogo, dove fosse un' altra finta femmina, la quale con bel gesto l' invitasse a bere dell' acque di una fontana quivi vicina, accomodata con tale artifizio, che subito che egli vi avesse appressate le labbra, cessasse di gettare acqua, e in quel cambio mandasse fuori preziosissimo vino, e subito spiccata la bocca dalla fonte tornasse a dare acqua; e tutto ciò doveva farsi senza sensibile intermissione di tempo, e tanto istantaneamente, che non potendosi accorgere alcuno del cessar dell' acqua, e del vino, paresse proprio, che l' acqua in vino, e il vino in acqua si trasmutasse*. Sed quum Hispaniarum Rex aliis in rebus operâ usus fuerit Cosmæ Lotti, huiuscemodi machinæ ad effectum perduci haud potuêre.

De Etruscæ Linguæ Amplificatoribus.

CAP. XLIV.



Onsentaneum videtur, priusquam ab artibus, scientiisque exeamus, de Patrii Sermonis augmento disserere, a quo artes, & scientias crescere, ac nitere videmus. Florentiæ quippe præ cæteris Civitatibus eloquii studia viguerunt. Primum vero recensere oportet Dantem Alligherium anno salutis humanæ 1262. in hac Urbe natum; Franciscum Petrarcham Arretii Florentinis parentibus anno 1304. ortum, Florentiæque enutritum, qui dictione sua, qua, Vincentio Gravina teste, nulla purior, nulla floridior, summam Poeticæ arti perfectionem addidit; Iohannem Boccaccium, Florentinum itidem, in lucem anno Domini 1313 editum. Hi etenim Etrusci sermonis Patres omnium suffragiis nuncupantur, Patriæ summopere benemerentes; primus præcipue *conditor Eloquii*, utpote qui tota ex Italiâ, qua illustrem Linguam patere merito censebat, atque ex Latino Idiomate, voces Sermoni nostro quodammodo necessarias, tum collegit multas, tum etiam invexit.

Plures insuper inferioribus sæculis extitêre Linguæ Italicæ, aut mavis Etruscæ, ampliatores, inter quos profecto Casa, Varchius, aliique. Sed ut iis unus adscribi possit, qui nostris temporibus itidem ampliator visus sit, Antonius Maria Salvinius occurrit, præsentis sæculi decus, ac columen, anno 1653. litterarum bono natus, in quem merito veluti Linguæ Etruscæ, ita dixerim, parentem, Benedictus Menzinius suâ tempestate cecinerat:

Per te ricca sen va d' un bel tesauro
Fiorenza mia, e raddoppiar la fronde
Del vecchio vede, e del novello lauro.
Tu sei, che porti alle Toscane sponde
Pellegrine ricchezze, e tu trascegli
Le perle entro alle pure, e lucid' onde.

Arno

Arno ben sa, come null' altro fegli
Serto sì degno, e Flora a lui si mostra
Sparsa di gemme il sen, d' oro i capegli.
Ed ei dalla muscosa umida chiostra
La sua placida fronte inalza; e intanto
Di farle onore un bel desio dimostra.
Et adagiati in su l' algoso manto
Stansi Fauni, e Napee, e in su la riva
Siringa ancor di Pane ascolta il canto.
Spirto gentile, immortalmente viva
L' alma tua penna, a cui secondo andrebbe
Lo stil, ch' al miglior secolo fioriva.
Che con la tua la nostra gloria crebbe;
E le ruine ristorando, e i danni,
Noi di nuovo arricchir non ti rincrebbe,
E a noi far frutto de' tuoi lunghi affanni.

Et revera plurimæ, ac pulcherrimæ, atque concinnæ dictiones sunt, quæ a tam docto Viro, cui vasta, profundaque multorum idiomatum cognitio erat, summo iudicio, ac proprietate creatæ. Iis, suis iam iam ex operibus excerptis, Etruscum vetus Vocabularium, ut vocant, Academiæ *della Crusca* indiget, novum ditabitur, pro quibus tam diuturnos labores exsudavit. Obiit Salvinius summo Italiæ mœrore xvj. Kal. Iunias anni 1729. atque ab eruditissimo eius Discipulo Antonio Francisco Gorio inter potentiores amicos meos nulli secundo, totius Litteratæ Reipublicæ nomine, hoc encomio, Venetiis statim excuso, parentatus est:

In Collectione, cui titulus: Novelle della Repubbl. delle Lettere.

Suprema pietatis officia persolvite
Et cum Deo Optimo Maximo requiem æternam precamini
Gratissimi Cives
Antonio Mariæ Salvinio Andreæ filio Patricio Florentino
Philosopho. Oratori. & Poetæ præstantissimo
Optimarum artium & studiosorum omnium bonó nato
De Patriâ, de Civibus, de Litterariâ Republicâ, de omnibus
assiduo studio & egregiis laboribus optime merito.
Qui neminem læsit, omnibus benefecit.
In Patrio Athenæo Græcarum Litterarum per annos LIII.
Summâ cum laude & utilitate Publico Professori,

& ad

& ad hæc studia colenda hortatori flagrantissimo.
Nitoris, & præstantiæ Etruscæ Linguæ
Amplificatori eximio.
Omnigenâ eruditione
ac multiplici variarum Linguarum cognitione excultissimo.
Verâ in Deum pietate, & iustitiâ
Mirâ modestiâ, & ingenuitate
Morum antiquorum inculpato candore, & innocentiâ
in exemplum spectando.
Ad supremum usque diem non fucatæ & umbratilis
sed solidæ absolutæque sapientiæ
Cultori, & adsertori incomparabili.

Iusta denique solemniter persolvente Apathistarum Academiâ, præ cæteris Academicorum encomiis, a Bindo Simone Perutio Patricio Florentino in Oratione iam typis editâ Etrusci eloquii ditescentis immortali laude Salvinius commendatus est: Quod quidem deinceps in aliis, ut audio, aliarum in eiusdem memoriam Academiarum elucubrationibus clarum item perspectumque erit.

Floren. 1729. typ. Nesten. & Moucke.

A quibus primitus Dithyrambica Poemata elucubrata.

CAP. XLV.



Sollemne est gentes certare inter se de primis Carminum Inventoribus: Vates enim, qualescumque sint, quasi Deorum aliquo dono atque munere, sicuti a Tullio accepimus, commendati nobis esse videntur. Quod plane verum esse testatur, quod Homerum Colophonii Civem esse dicant suum, Chii suum vindicent, Salaminii repetant, Smyrnæi suum esse confirment, multique alii de eo pugnent inter se, atque contendant. In eo autem Poeseos genere Latinis penitus neglecto, nempe Dithyrambico, claruerunt inventionis gloriâ Florentini Vates; neque ambigas utrum primus omnium Angelus Politianus huic Carmini operam

rām dederit; Angelus, inquam, potentis spiritus, *arbiter Ausoniæ Lyræ*, *Petr. Bemb. in Carm.*

Qui mente promptus acri, & arduum spirans;
Ac summa quæque, & alta consequi suetus. *Petr. Crinit. in Carm.*

Cui scilicet, Tuscano teste,

Musæ & Phœbus debet, & Italia.

Sat enim liquet vetustum quoddam Politiani Poema *Sacrificio delle Baccanti* inscriptum, princeps exemplar, ac veluti Dithyramborum specimen extitisse. De tempore autem inventionis a sepulcrali eiusdem Viri elogio monemur, quod in S. Marci ad Prædicatores legitur.

Politianus in hoc tumulo iacet Angelus, unum
Qui caput, & linguas, res nova, tres habuit.
Obiit anno MCCCC LXXXXIX. Sept. XXIV.
Ætat. VIL.

Politianum Dithyrambis sequiori sæculo imitatum fuisse Franciscum Mariam Gualterotti, grande adiumentum huiusce Poeseos, probe luculenterque monet Iosephus Blanchinius, Vir quidem de humanis litteris optime meritus, Musisque carus, in Præfatione Opusculi cui titulus *Brindisi di Antonio Malatesti, e di Piero Salvetti*; ex quo factum, ut aliqui, inter quos Ptolemæus Nozzolinus, Gualterottum Dithyramborum auctorem crediderint. *In Carm. cui titulus*: Il Verme da Seta.

Unde Poesis Phantastica, apud nos Burchiellesca, *manaverit.*

CAP. XLVI.



Agni semper honores habiti sunt Poetis, ut ait Victorius; nec tempus ullum fuit, quo studium condendi carminis non extiterit. Hinc tam multæ Poeseos species, quas inter locum occupat aliqualem Phantastica quædam omnino nostrâs, nec tamen ita flocci, pilive facienda, ut silentio præterire par sit eius auctorem Dominicum Iohannis Florentinum tonsorem, vulgo *il Burchiello*, *Poetam* (ait Pocciantes)

antes) *cerebrosum, atque phreneticum*, in hac urbe circa annum 1440., non autem 1480. ut plures suspicârunt, florentem. Obscurissima ut plurimum huius Poetæ carmina, iocis subtilitatibusque referta, quæque, licet nonnemo in eorum enodatione elaborarit, legentium pene captum effugiunt; unde Landinus noster Amico suo:

Plurima mitto tibi tonsoris carmina Burchi;
Hæc lege, sed quid tum? legeris inde nihil.

Verum enimvero nonnulla argutiarum involucro complectitur, scitu, & illustratione haud indigna. De Inventore ergo infimæ plebis ad cæteros illatio quadrare videtur, quæ de Pharmacopolâ item Florentino eloquentissimo, eruditissimoque ad Medicos fieri accepimus: *si ita Pharmacopolæ, quo pacto loquentur Medici?*

Nec me latet, ut ad rem redeam, ex multis Achivorum Vatibus Lycophronem quendam phantastice item obscurissimeque cecinisse. At Versificatorem nostrum non solum, sed totam fortasse Urbem tunc temporis Lycophronis nomen ne audivisse quidem quis dubitet? ut proinde dici debeat Burchiellum Poetam natum esse. Antonius Franciscus Grazzini Academicus Florentinus hæc de ipso dicere ausus nuncupatoriâ in epistolâ Burchielli carminibus ab se editis præmissâ, Curtioque Fregipanio inscriptâ: *Questo Poeta vario da tutti quanti gli altri, di tutte quante le lingue, perocchè non mai nè i Greci, nè i Latini &c. nè i Toscani medesimi n' ebbero un altro simile, che leggendolo facesse con gli arguti motti, e con i suoi favolosi ghiribizzi tanto rallegrare*. Item: *Ingegnoso, e faceto Burchiello, il quale dagli antichi nostri fu giudicato terzo con Dante, e col Petrarca*. Illud autem veritati obsequens non improbaverim, Burchiello minime comparandos Antonium Alamannium, aliosque Poetas, qui huius generis carmina non penitus illaudata lucubraverunt. Obitum eius legere est in Codice Ms. Bibliothecæ Stroziæ, ubi hæc reperiuntur.

Sonetto di Migliore di Lorenzo di Cresci per la morte del Burchiello 1448. a Roma.

SE mai meritamente in fra costoro
Fu dura morte, questa par più dura,

Che

Che 'l vivere a costui nieghi natura;
Che più degne le scienze son dell' oro.
Piangan gli Dei, le Dee tanto tesoro,
Silvan, Fauni, Satiri, e ogni rura,
E piangan sempre insin che 'l nome dura,
Che piagne delle Muse il sacro Coro.
Natale ingegno, dire alto, e sublime,
Ch' ogni acqua corse il Burchiel con sue vele,
Racconsola costor, che fama il noma;
E le mite risposte, e dolci rime,
E degna morte, benchè par crudele,
A dargli per sepolcro l' alma Roma.

Sonetto di Antonio Manetti per la morte del Burchiello, che morì a Roma 1448.

VEloce in alto Mar solcar vedemo
Un Burchielletto assai leggiadro, e snello,
Carco d' assai tesauro, e un giojello
Bel sì, che un simil mai veder potemo;
Nove Donne il movean, benchè 'l supremo
Tenea Calliopea, e dal Castello
Al timon dirizzando, di pennello
Con l' occhio al polo, e l' altre erano al remo.
E quanto rallegrar vedemmo e' porti
Dove tocco per lor, lo cuoprin l' onde,
Tanto pianger veggiamo, e far querela;
E se nulla è che lor viver conforti,
E' che il giojello involto nelle fronde
Di lauro verde alcuna acqua non cela.

Digitized by Google

Qui primum Carmina condiderint Romanzi *vulgo appellata.*

CAP. XLVII.



POeseos illius species, quæ amores, rixas, cædes, sortisque varia eventa fingit, quæque *Romanzi* vulgo appellatur, industria propriissima erat Florentinorum. Iohannes Boccatius Florentinus anno Domini 1313. ortus, laudatissimi nominis Vir, auctor perhibetur, quum ipse huius generis princeps Poema elaboraverit, cui titulus *la Teseide*. Huic etiam, dicam obiter, octavi Rhythmi adinventio, omnium consensu, tribuitur. Sequutus est Boccatium Aloysius Pulcius, itidem nostrâs, qui quum floruerit prope annum 1480. Aretalogium (ne barbare vocitem *Romantium*) cui nomen *Morgante il maggiore* de rebus a Rolando, atque Raynaldo gestis, in lucem edidit, precibus Lucretiæ Tornaboniæ ornatissimæ fœminæ, ac de poeticâ facultate optime meritæ, Petri Cosmæ Medicei uxoris; ita ut Michael Angelus Sermartellius inter Typographos suæ tempestatis haud ultimus, Aretalogiam Boccatii quasi oblitus, auctorem huius novi artificii Aloysium Pulcium extitisse autumet. Cui quidem sententiæ dissentire minime videtur Iohannes Marius Crescimbenius; sic porro ut participem inventionis gloriæ constituat & Laurentium Medicem, si minus at Lucretiam eiusdem matrem.

Sed quum sint, a quibus reprehendendus viderer, cum nomine utar penitus abstruso, ut artem, artificemque nuncuparer, qui ob lapsus Latii sermonis proprios terminos nunquam sortiti sunt, illud proferre licet, quod ait Hadrianus Turnebus Vir litteratissimus, atque de Arte typographicâ meritissimus, nempe: *Aretalogus est qui narrationes, & fabellas, & acroamata auribus auditorum grata loquitur*. Talia quidem sunt, quæ auribus etiam indulgendi caussâ versibus constant, ut ea, de quibus agimus. Nec alioquin sum nescius, Ludovicum Vives his terminis huiuscemodi lucubrationes criminari: *Libri sunt ab otiosis hominibus conficti, pleni & mendaciorum genere, quod nec ad scien-*

De corrupt. Discip. in fin. & de Christ. fœm. inst.

sciendum quicquam conferat , nec ad bene vel sentiendum de rebus , vel vivendum : tantum ad inanem quandam , & præsentem titillationem voluptatis , quos legunt tamen homines corruptis ingeniis . Nihilo tamen minus de Aretalogiis mitius Marcus Antonius Muretus his verbis : *Ut enim mustum bibunt , qui vini veteris acrimoniam , ac austeritatem non ferunt : sic pueri , & Viri puerorum similes , quia serio scriptæ historiæ gravitatem , severitatemque non capiunt , inanibus se fabulis , propter quandam illarum cum historiâ similitudinem, oblectant .* Ipse ego sum identidem ratus , non omnes Aretalogias ex numero esse earum , quæ nihil ad bene vivendum conferre experimur , quibus tantum fas est vituperari .

De initio iocosi Carminis , quod Bernesco *nuncupatur .*

CAP. XLVIII.



Upparem ortum habuisse contigit Etruscum illud Carmen , gratias , & lepores undique fluens, vulgo *Bernesco* , quod a Francisco Bernio Patricio Florentino , Florentinæque Ecclesiæ Canonico , Poetâ perfaceto , ut ita dicam , prognatum , educatores habuit Bernii Cives Casam , Varchium , Binum , Florentiolam , aliosque . *La maniera di Francesco Berni* (ait Philippus Valorius) *tanto gustosa , e piacevole , ha fatto una Scuola da se* . Iohannes Matthæus Toscani , Franciscum Bernium iocosi carminis auctorem ostendit , *quem* , inquit , *multa præclara ingenia sunt æmulata non irrito conatu , nullum tamen nativâ illâ urbanitate nullâ arte quæsitâ superavit* , subdens :

Termin. di mezz. riliev.

Pepl. Italiæ.

Cedite Romanique sales , iam cedite Graii ,
Urbano & quisquis tincta lepore canit .
Bernius est , cui sola Venus se pandit , ab ipso
Cui se detexit vertice nuda Charis .
Mira Fides : ars nulla linit quæ carmina fuco
His facile exprimere est arte polita magis .
Felix quæ nullo decorat laus parta labore ,
Quæ vigili studio sæpe petita fugit .

Digitized by Google

Floruit Bernius annis circiter Redemptionis noſtræ 1530. quo ſibimetipſi, nominis ſui immortalitati conſulens, cycneam epigraphen lucubravit

Poſtquam ſemel Bibiena in lucem extulit,
Quem nominavit ætas acta Bernium,
Iactatus inde ſemper, & truſus undique
Vixit diu, quam vixit ægre ac duriter
Functus quietis hoc demum vix attigit.

Laudarunt Bernium præ cæteris Varchius, Simeonius, Grazinius, qui hoc illum honeſtavit elogio:

A lui fer tanto con ſembiante umile
E tanto, e tanto le Muſe favore,
Che è ſtato il primo, e vero trovatore,
Maeſtro, e Padre del burleſco ſtile.
E ſeppe in quello sì ben dire, e fare
Inſieme colla penna, e col cervello,
Che invidiar ſi può ben, non già imitare.

De inventione Etruſcorum Poematum ſolutis verſibus conſtantium, atque primo Verſuum Comicorum uſu, deque Epigrammatum noſtrorum origine.

CAP. XLIX.



Uum Poetica ars pluribus de cauſis reliquas antecellat diſciplinas, vel quia homines nullam pene artem aſſequi poſſunt, niſi in illâ diu incubuerint, vel quod ſcientias fere omnes, ut ait Strabo, in ſe continet, hinc de eâ ſtatim tractandum eſſe ratus eſt. Verum quod initium Poetices ſpectat, nos omnes nobiſmetipſis conſcii ſumus, Deum Optimum Maximum Terrarum orbem, omniaque ab eo contenta, certâ ratione quaſi metro diſpoſuiſſe. Cæterum a Deo dimanaſſe dicitur Poeſis, quia hæc una divino quodam furore percipitur. Sed quum metrorum cuiuſcunque Linguæ multa ſint genera, illud nunc commemorare lubet,

Digitized by Google

bet, quod folutæ orationi maxime confentaneum, nempe Carmina, quæ folutis Verfibus conftant. Huiufcemodi Verfibus eas laudes tribuere gravioribus Auctoribus mos fuit, ut Antonii Mariæ Salvinii, Viri noftrâ ætatæ excellentiffimi, atque præftantiffimi verbis eas in compendium redactas audire opus eft in Opere, quod infcribitur *Profe Tofcane Parte Seconda*, ad paginam 45, & fequen. Primus autem, qui patrio idiomate huiufmodi Carmine cecinerit Iacobus fuit Nardius Florentinus, qui clarus ob elegantiam Etrufci fermonis habitus vix fæculi decimiquinti elapfis triginta annis Venetiis deceffit. Idipfum Carminis genus, quemadmodum alii afferere videntur, Aloyfii Alamannii excellentis Viri Minervâ inventum eft. Poetarum hic fuâ tempeftate facile Princeps, varia Poematum genera, præcipue vero *la Coltivazione*, aggreffus eft curriculo Vitæ fuæ, quæ anno 1495. incepit hac ipsâ Urbe; quum fuerit, ficuti in fepulcrali Elogio habetur,

Petrarchæ verfu proximus, & patriâ.

Nam quod in aliis arduum, & durum eft (attexere mihi liceat Francifci Bocchii verba) *in hoc fuave, & facile perfpicitur, nemo enim tam molli ftylo, tam dulci unquam ufus eft, qui huius perpetuâ quadam facilitate non vincatur. Fluunt ab eo illaborati verfus incredibili fuavitate, quos nullus labor unquam vel multâ induftriâ adhibitus affequetur; qui quum res varias femper fecum ferant, quippe qui nectare quodam dulci conditi fint, incredibili voluptate legentis animum afficiunt.* Deinde: *Scripfit præterea multas Eglogas admirabili artificio; in quibus Poetarum more, ftylo paftorali res varias perfequitur, dulcique eloquentiâ, ut folet, legentis animum oblectat. In quo negotio* (ut ille fcribit) *folutis verfibus, hoc eft fine rhythmis extremis, primus hoc edidit Poema, doctorumque hominum auribus fatis commode hac novâ voluptate infervivit.*

Quemadmodum vero homo homini facile femper præftat, ita expedit aliquando plura ab uno inventa videre. Quare Alamannius nofter non modo ex Lilii Gregorii Gyraldi teftimonio primus in Fabulis Tragicis Choros invexit rhythmis folutis, ut præcipue oftendit tertius Antigones Chorus; verum ex Ludovici Zuccoli, verfus invenit Comicos (vulgo *fdruccioli*) Iambicorum Græcorum Latinorumque ad inftar. Præterquam quod Iohannes Marius Archipresbyter Crefcimbeni dubitaffe

vide-

videtur an Hymni, & Odæ Etruſcæ inventæ ab Alamannio ſint, vel ne; cæterum abſque dubio Epigrammatum noſtrorum ipſum auctorem fuiſſe cenſet; cui eruditiſſimus Ioſephus
l.4.c.9. Lanzonius in Adverſariis ſuis videtur aſſentire.

A quo nova Etruſca Poeſis inventa eſt.

CAP. L.

St hoc in more poſitum, ut ii, qui Patriæ ſuæ ſplendorem obumbrari vident, eam ab iniuriis vindicare contendant. Pluries Italiæ, ſæpiſſime Civitati noſtræ plagiariorum aſſertis, adinventionis gloriam ab advenis ablatam dolendum eſt; etenim novarum rerum Inventores, Talete auctore, novarumque virtutum excogitatores, quaſi Diis immortalibus comparandi videntur. Profecto ſi recordari voluerimus de Leone Baptiſtâ Alberti, eius inventum ad aquæ profunditatem explorandam, aliis nationibus adſcriptum reperiemus. Quod etiam de novâ eiuſdem Poeſi factum eſſet, niſi Georgius Vaſarius in ipſius Alberti Vitâ veritati velamen peropportune abſtuliſſet. Liber extat qui inſcribitur: *Verſi, e Regole della nuova Poeſia Toſcana di Antonio Rinieri da Colle*, Romæ excuſus apud Antonium Bladum Aſulanum anno 1539. Verſus, quos continet, exametri ſunt, pentametri, iambici, aſclepiadei, gliconyci, ſapphici, adonii, & anapæſtici. Auctores recenſentur Antonius Raynerius Collenſis, Paulus Gualterius Arretinus, Iohannes Zuccarelli, Iulius Vieri Senenſis, Alexander Cittolini, Bartholomæus Paganuccius, Gabriel Zerbi, Iohannes Baptiſta Alamannius Florentinus, Aſcanius Bertinius, Leonardus Columbinius, Claudius Tolomei Senenſis, Thomas Spica Romanus, Annibal Carus, qui in Epiſtolis ſuis de novâ hac Poeſi mentionem aliquando fecit, Bernardinus Boccarinus Arretinus, Triphon Bentius Aſſiſienſis, Paulus *del Roſſo* Florentinus, Dionyſius Athanaſius, aliique plurimi. Poeſim hanc in lucem veluti a ſe adinventam protuliſſe comperimus Claudium Tolomei Senenſem. Teſtis

Io-

Digitized by Google

Iohann. Marius Crescimbenius, Vir cæteroqui doctissimus, quem fefellit, ut antea deceperat Benedictum Varchium, tum liber de quo nuper agebamus, tum auctoritas Hieronymi Ruscellii, atque Isidorii Ugurgerii Ordinis Prædicatorum : *Nè più favorevol fortuna* (inquit Crescimben.) *incontrarono quei* (versus) *della Poesia nuova , ritrovati nell' Accademia della Virtù , o dello sdegno di Roma da Monsig. Claudio Tolomei*. Verba autem Ugurgerii proferam : *Claudio Tolomei ec. fu l' inventore de' versi esametri , e pentametri in Lingua Toscana secondo il metro Greco , e Latino*. Ruscellii vero hæc sunt : *Questa facilità di far versi volgari sappiamo esser comune ad artigiani, e femminelle, e per fino a' fanciulli, che fu prima, e perfetta cagione di muovere il Tolomei, e tutta quella bellissima schiera a ritrovare una sorte di versi nella Lingua nostra, per li quali si conoscessero i dotti dagl' indotti , e che per far Versi il Molino, il Veniero, il Contile, il Varchi, il Costanzo, ec. non venissero a farsi fratelli con Baldassarre Olimpo, e mille altri tali*. At illos Academicos quum forte videret Auctores novæ Poeseos nuncupatos Vasarius, paucis post annis Leonis Baptistæ Albertii Vitam edens, hæc de eo in conspectu adversariorum testari non erubuit : *Fu il primo , che tentasse di ridurre i versi volgari alla misura de' Latini , come si vede in quella sua Epistola :*

Questa per estrema miserabile pistola mando
A te , che spregi miseramente noi .

De sinceritate huius testimonii non est ambigendum , tum attentâ famâ Scriptoris, qui sæpissime auxilio usus est Sylvani Razii , Viri litteratissimi , tum ætate , in quâ Leo Baptista Albertius floruit , & epistolam prædictam elucubravit. Quinimo Crescimbenius ipse opinionem , quam conceperat , abiiciens, παλινωδίαν cecinisse videtur , ita de Leone Baptistâ Alberti loquens : *Nel rimanente in proposito della Volgar Poesia, debbesi a lui l' onore d' essere stato il primiero a tentar di ridurre i Versi volgari alla misura de' Latini, come afferma il Vasari , che ne porta il saggio ; il che per suo ritrovato mise al pubblico nel secolo seguente Monsignor Claudio Tolomei* . Idipsum testatur Vir omni laude meritissimus Antonius Maria Salvinius in quibusdam notis in Ugurgerium , inquiens: *Il nostro Leon Batista Alberti funne Inventore*. De Albertio vero Iohannes Matthæus Toscani : *Albertus Florentinus omnigenâ litteraturâ excultissimus*. Laudatur veluti

Lez. p.649.

Com. all' Ist. della Po. Vol. lib.1.vol.1.

In lib. inscr. Le Pompe Senesi.

Discorso 2. contra Lod. Dolc. p.78.

Coment. all' Istor. della Poes. volg. Vol.2. p.2. lib.3.

Digitized by Google

luti Vir modulationibus præstantissimus a Bartholomæo Baphio Lucinianensi in Oratione de felicitate Urbis Florentiæ, atque a pluribus aliis, inter quos a Verino in Lib. Illustrat. Urb. Flor. est appellatus: *Egregius versu simul, & sermone soluto*. Hactenus de Auctore, sed ut ad rem redeam, Poesis specimen hoc exhibeam a Claudio Tolomei editum.

Tosco Paese mio rallegrati, Ninfe godete
Del chiaro Arno, Muse Tosche godete meco.
Nel bel vostro seno cresciuto Dameta, riveste
D' antiche spoglie nostra favella sacra.
Sorge ella, & fatta maggior, fatta inclita, fatta
Altiera, abbraccia l' altre sorelle sue.
Con Roma possiamo già gircene pari, & Atene,
Col Tevere, e 'l Sperchio gircene più liberi.
Ma peso nostro sia di cantar di Dameta, e le lodi,
A tutti altri sovra degno di palma vera.

Paulus Gualterius denique ita Francisco Priscianensi Florentino.

Del parlar Tosco colla dotta misura latina
Pensava a Febo nuovo Poema dare,
E già scriveva; quando egli altiero l' orecchio
Presomi, folle sei, disse, ritien la mano.
Scultor rozzo fia quel, ch' un simulacro mi faccia,
Et quinci il tronco, quindi la testa rubi.
Disdice a Febo, disdice all' alme sorelle
Interi spirti, corpi di pezzi fare.
Se tu dunque vai pensando a nuovo poema,
Ornami del Tosco, l' altro ho avuto pria.
Bastiti col piede servar bene l' orme latine,
E la misura sia qual l' Idioma pate.

Ad astra usque Poesis huiusce genus evehit Claudius Tolomei; in Epistolâ enim suâ Dionysio Athanasio legitur: *Non abbandonate la Poesia nuova, perchè vi giuro, che ogni giorno mi piace più, e ogni giorno conosco più la sua bellezza*. Et quamvis prælaudatus Crescimbenius eam parvifacere videatur; ait enim *apparendo sì fatti versi per se stessi sgraditi, infelici, e mostruosi*: & alibi etiam: *Quella sorta di Poesia, che pose in uso Monsig. Claudio Tolomei circa il* 1539. *appellata Poesia nuova ec. benchè tostanamente, come poco men che*

V. Claud. Tol. epist. lib. 7.

Coment. vol. 1. lib. 1. c. 9.

Ist. lib. 1. pag. 7.

che ridicola, perdè quel plauso, e seguito, che guadagnato avea col nascere, nè passò a noi, che il Metro Saffico : Nihilo tamen minus subdit : *per la sua bizzarria, e per la chiarezza del suo Autore merita d' essere anch' essa risguardata ;* haud parum Albertii ope Etruscas Musas lucrifecisse ratus, Sapphicos, & Choryambicos versus adeptas. Laudarunt etiam Poesis huius genus Minturnus, Lancellottus, & Fabius Benvoglientus Senensis.

De primæva origine nobilis Nummi Floreni *nomine.*

CAP. LI.



Ontentum suis rebus esse, ait Tullius, maximæ sunt, certissimæque divitiæ. Florentinos haud dubitem appellari divites, quos iam inde ab antiquis sæculis nihil extraneum appetere, nihil egere, memoriæ proditum est. Iis enim, mercimoniis suis, tum auro, argentoque ad vitæ usus affluere, verum & exteris ad liberalitatem tradere, mos fuit. De Florentinorum opulentiâ vel advenis cognitâ, & expertâ, quatuor ex iis seligēdi testes, viri alioquin de Litterariâ Republicâ meriti, nempe Bartholomæus Baphius pluries memoratus, Iulius Cæsar Scaliger in Urbibus, Laonicus Chalcondylas Lib. VI. Turcicarum, ac Thomas Dempsterus de Etruriâ Regali T. 2. Lib. V. Quid itaque mirum, si argentei quidam aureique peculiares nobiles Nummi vel ab hac ditissimâ Civitate nomen sumpsêre? quorum unus memoriæ occurrit Florenus, quem a lilio florum pulcherrimo, Florentiæ insigni, nomen cepisse notum est ; quamvis Britannis, Batavis, Germanis, Gallis, aliis denique nationibus in usu postea fuerit. Antiquior Floreni mentio est apud Iohannem Villanium Historicorum præstantissimum, qui Libro V. cap. X. testatur Anno Domini 1182. Florentiæ argenteum numisma cudi consuevisse, quod Florenum vocitabatur, subditque Libro VI. cap. 54. anno salutis millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo primitus Florenum aureum hac in Urbe cusum fuisse. Quod vero ad primævam huiuscemodi nobilissimi Nummi Florenti-

Digitized by Google

nam originem ſpectat, videndi ſunt tum Chriſtophorus Landinius, atque Alexander Vellutellus in maximi noſtri Poetæ Paradiſi nonum, & Bernardus Davanzati, tum Bernardinus Daniellus Lucenſis, ac Octavius Ferrari, necnon Ægidius Menagius, aliique advenæ, quorum pro cunctis Iohannes Gerardus Voſſius, qui in Libro de Vitiis Latini Sermonis Cap. XII. lib. 3. ait: *Florenus nummus aureus primitus a Florentinis cuſus, ac floris ſigno inſignitus, unde & nomen*. Albertus Argentinenſis, qui floruit ante dimidium ſæculi decimiquarti, ita Florenum ſuo ævo recenſet in Chronico: *Annuatim debent præſentare ad Cameram Papæ unum Marmotinum, hoc eſt denarium aureum, qui bene noſcitur a Curiâ, & eſt minoris quam parvulus Florenus de Florentiâ*. Carolus Du Freſne (Du Cange Dominus) in Gloſſario ad Scriptores mediæ & infimæ latinitatis hæc ſubdit: *Florenus moneta aurea Florentinorum, apud quos cudi primum cepta anno* 1252. *titulo* XXIV. *ceratiorum, quorum octo unciam conficiebant. In unâ huius parte inſculptus Flos lilii, unde monetæ nomen inditum, in alterâ S. Iohannes Baptiſta*. De hoc aureo numiſmate meminit Iohannes Hocſemius in Epiſcopis Leodienſibus, cap. XX. qui vivebat anno 1348. Hinc fere monetis aureis cæteris Floreni indita appellatio. Et revera Græci poſtremis ſæculis φλωρίον inde vocarunt, quod ex Malaxo, aliiſque Meurſius in Gloſſario oſtendit. Gallis etiam Florenus ſuus, inde *Franc* dictus. Item Anglis ex auro nobiliſſimo, unde nobilis vocatus, ab Eduardo III. anno cuſus 1344. circa quod tempus inſtitutus ordo Georgianus. Sed ut ad Gloſſarium Cangii redeam, is auctor plura alia refert, inter quæ: *Tradit idem Villanius lib* IX. *c* 170. & 279. *Iohannem XXII. PP Florenos aureos cudiſſe circa annum* 1322. *ſimiles pondere, lege, & formâ Florentinis, præterquam quod qua parte effictus erat S. Iohannes Baptiſta, in circulo illius nomen legebatur, ad latus vero S. Iohannis efficta erat mitra Papalis. In partis autem, ubi lilium erat, circulo, deſcriptæ erant hæ voces: S PETRUS, S. PAULUS. Ex hinc Marchioni Monſerratenſi, Spinolis Genuenſibus, & aliquot aliis Italicis Principibus Florenos perinde aureos Florentinis ſimiles cudere aggreſſis, ſub anathematis pœna id interdixit idem Pontifex menſe Decembri anno* 1324. *ut idem Scriptor tradit lib.* IX. *c.* 279. *Floreni vero iſti Pontificii, Floreni auri de Camerâ appellati, quæ nomenclatura occurrit in chartâ anno* 1378. *&c.* Idem Can-

V. Malaxum in Hiſt. Patriarch. Machar. Hieromonachum in Epiſt.. atque Chronic. Conſtantinopol.

Cangius in voce *Moneta* recenſet omnes nummos cuſos a Regibus Francicis a Philippo IV. Pulchro uſque ad Carolum IX. deſcribitque eorum imagines, inſcriptiones, pretia, pondera &c. Pretium autem Florenorum apud nos ob varietatem viciſſitudinemque temporum varium, de quo luculentius forſan alibi.

Origo Contractus Cambialis de loco ad locum per epiſtolas.

CAP. LII.



Ui divites, & opulenti habiti ſunt, ii modum aliquando tandem invenêre, ut incertas, & in caſu poſitas divitias ubique locorum latius poſſiderent, commercium Cambiorum de loco ad locum inſtituentes; rem certe non utilem modo, ſed longe neceſſariam, quo quiſque pecuniæ ſummam aliquo in loco ſolvit, ut litteras ſuſcipiat, quibus intercedentibus ſolutionem alio exigat. Quamvis lateat tempus, in quo huiuſcemodi Contractus inchoavit; attamen De Rubis, in hiſtoriâ, quam condidiſſe comperimus, Civitatis Lugdunenſis, Florentinis adſcripſit, Gibellinorum, quod ad tempus attinet, Guelphorumque factionibus omnia ſusque deque vertentibus, quum noſtrates ſede ſuâ pulſi, & a Gallis recepti, ibidem commercium inſtituere moliti ſunt, talique medio, ut cum ſummas, ita dixerim, capitales, tum redditus, & fructus earundem ex relictâ Patriâ nullo fere negotio extraherent. Teſtis eſt Iacobus Du Puy in Tractatu de Arte Litterarum Cambii Linguâ Gallicâ iam edito, & in Latinum tranſlato, ubi Cap. 2. num. 4. ſic ait: *De Rubis in hiſtoriâ Civitatis Lugdunenſis adſcribit* (Contractum Cambialem de loco ad locum per epiſtolas) *Florentinis, quos Gibellinorum factionibus ſede ſuâ pulſos, & a Gallis receptos, Commercium Cambiorum ibidem inſtituiſſe, talique medio, cum ſummas capitales, tum redditus bonorum ſuorum ex relictâ Patriâ traxiſſe autumat*. Petrus vero Martellinius Civis Florentinus Tractatum prædictum in vernaculum ſer- *impreſſ. Flor. 1718.*

sermonem vergens, sic lectorem commonefacit: *Dubito però, che a molti sia stato fin ora ignoto, che possano parimente onorarsi con egual titolo gli antichi Negozianti della nostra stessa Città* (supple: Florentiæ) *per aver essi, nel trovarsene per accidente esuli, inventato, ed introdotto nella mercatura il bell' uso delle Lettere di Cambio; ed io medesimo ingenuamente confesso, che quantunque informato per la lettura di varie Istorie delle cose memorabili della nostra Patria, non mi era sortito averne contezza veruna finattanto che presomi l' assunto di tradurre da un Esemplare Francese il presente Trattato sopra le medesime Lettere, vi ritrovai con mio sommo piacere quest' aggradevole notizia, la quale come proveniente da penna straniera, e per conseguenza disappassionata, può credersi più che verace. Quanta gloria per tanto s' aggiunga alla nostra Patria dal potersi ella pregiare anco di questo, che i suoi Cittadini siano stati i primi Autori d' invenzione sì bella, ed alla mercatura sì profittevole, da voi medesimi, Signori miei, che giornalmente ve ne valete, siccome dai Negozianti d' ogni altra Nazione può farsene competente giudizio, comechè tutti ben sapete per pratica qual comodo, e vantaggio dall' uso di tali Lettere risulti generalmente al Commercio.* Hinc Cap. 2. num. 2. ita vertit: *Il tempo dell' origine, e gl' Inventori del Cambio, che si fa da una Piazza all' altra, allorchè una Piazza dà qualche somma di moneta in una Città per avere una Lettera, in virtù della quale essa riceva, o faccia ricevere in un' altra Città il pagamento, son molto incerti. Alcuni l' attribuiscono al Bando degli Ebrei dal Regno di Francia, ordinato mentre regnavano Dagoberto I. l' anno 640. Filippo Augusto l' anno 1181. e Filippo il Lungo nel 1316. e dicono, che essendosi ritirati in Lombardia per avere il denaro, che essi avevano depositato nelle mani dei loro Amici, si servissero del ministero dei Viaggianti, e delle Lettere in istile conciso, e di poche parole. De Rubis nella sua Istoria della Città di Lione f. 249. l' attribuisce ai Fiorentini, i quali cacciati dalla loro Patria dai Ghibellini, si ritirarono in Francia, dove cominciarono il commercio del Cambio per ritrare dal loro Paese o la sorte principale, o le rendite de' loro Beni. Quest' ultima opinione* (verba itidem sunt Du Puy) *pare la più probabile, perchè da una parte la prima produce un' incertezza di più di 600. anni, cioè se il Cambio sia stato inventato nel 640. o nel 1316. e dall' altra parte essendo il Bando degli Ebrei gastigo delle loro rapine, e dei loro delitti, che ave-*



avevan tirato l' odio di tutti, non si può presumere, che alcuno si sia voluto addossare di pigliare in deposito il loro danaro, assisterli, ed aver commercio con essi, contravvenendo in ciò agli ordini Reali. Sed hæc Florentini Interpretis retulisse sit satis.

De Florentino Harpasti ludo, *cognomento* il Calcio.

CAP. LIII.



Uemadmodum puderet quammaxime, Florentinæ genti ea me ascribere memoranda inventa, quæ alii aliis assignârunt, ita sane credulitatis, ac temeritatis vitio laborare viderer, si ea repudiarem, quæ a Civibus nostris orta, nostræque Urbis propria esse non Florentini solum Scriptores, verum etiam advenæ testantur, quamquam pluribus Etruriæ in locis in usu nunc esse videantur. Asserunt enim P. Io: Baptista Ferrarius Senensis, Georgius Coresius a Scio Nobilis Constantinopolitanus in descriptione ludi *del Calcio* editâ Florentiæ 1688., Paulus Mini in Defensione Civitatis Florentiæ ad paginam 141., Alexander Adimari in Calliope, aliisque in locis, Traianus Boccalini Romanus, Academici denique, ut aiunt, *della Crusca* in eorum Vocabulario; asserunt, inquam, ludum vulgo *il Calcio* Florentinorum proprium esse. Non me latet Iohannem Bardium ex Comitibus Vernii in Libello, cui titulus: *Discorso sopra il Giuoco del Calcio Fiorentino*, ludi nostri, sub appellatione Phennidæ Auctores constituere Lacedemonios, suspicarique eundem esse, quo Romani postea lusêre: Sed ne quidem ignoro multis transactis annis Iohannem Baptistam Donium Virum omni laude celebrandum, eruditissimi Iohannis, Baptistæ Ferrarii Soc. Iesu calamo, testari, apud Florentinos huiusmodi ludum *originem*, & *natalem* habuisse, diversumque ab Harpasto, aut Phennidâ veteri esse. Et revera differens pila fuit, varius lusorum numerus, vestitus, dispositio, pompa, variæ leges a Florentinis latæ, diversum denique Ludi nomen. Quæ quum ita sint, liceat mihi verba tantorum Virûm referre, penes quos fides esto; neve dedignetur Lector, insuetam longamque descriptionem accipere, ex qua veteris novique

Ragguagl. di Parnas.

Ferrar. pag. 36. & 39. edi. Senens.

Har-

Harpasti discrimen resultare videtur. Possem quidem aliam seligere διαγραφην Iohannis Bardii supradicti, vel alteram Iohannis Coresii a Cl. Viro Antonio Maria Salvinio Etruscis carminibus expositam; sed promissam potius recipito. Ita enim in Collocutione III. cui titulus: *Florentinum Harpastum, sive Calcis Ludus*, allocutores introducit Ferrarius Cassianum a Puteo, atque memoratum Iohannem Baptistam Donium.

Typ. editam Flor. 1688.

Ceperat Cassianus Senis Florentiam demigrare, hoc est a Senensi pugilatu ad Florentinum harpastum traiicere; cum assequitur nos improvisus, atque post officiosam salutationem se viæ comitem adiungit Iohannes Baptista Donus, Vir in primis eruditus, deque re musicâ & veteri, & recenti, edito volumine, præclare meritus. Repentino eius adventu mecum exhilaratus præmodum Cassianus, opportunum, inquit, nobis donum ipsa te, Done, felicitas obtulit, tuas ut partes, quas ego susceperam, tute melius exequaris. Tum Donus ad hæc: Mearum est partium tibi esse obnoxium. Has qui suscipere, mihique præripere potueris, non video. De humanissimâ ista lite, ait Cassianus, agemus alias, cum otium fuerit. Nunc instat Florentinus Harpasti ludus enarrandus: quando Hetruscos ludos in Hetruscâ viâ persequimur. Hunc nemo te plenius edoceat, cui parens Florentia ludendi peritiam, erudita facundia dicendi suppeditat elegantiam. Porro in eo, qui pone sequitur, curru ambulatio sedentaria (tibi si lubeat) sermonem commode promovebit. Iuvenilem, inquit Donus, Patriæ ludum id ætatis, ut vobis gratificer, narrando ludam perlibenter, sed pedes; Harpasti enim ludus curulis non est. Eundem igitur ludum tripartito tradam. Primum veteris ac recentis Harpasti discrimen, dein ludicri huius vetustissimum apud Florentinos natalem, *denique ludendi genus modumque monstrabo. Harpastum in Græciâ natum sui naturam ludi græco prodit vocabulo. Cum enim* harpazo *idem sit ac rapio; is ludus harpasto significatur, quo pilam collusores sibi certatim præripere conabantur. Quod autem Athenæi ætate harpastum olim aut phenninda vocabatur* apò tisapheseos, *idest a proiectu, quia qui luderent, longe iactarent; aut phennis, & phennida, sive sphennida a* phenachizin, *quod est decipere; quippe alio, quam quo simulabatur, immissa pila improvidum fallebat. Eius inventorem Iubas Maurusius Phænestium ludimagistrum facit. Nomen eidem Phennidæ a Phennido Iulius Pollux imponit. Miror esse, qui medium somnient hoc pilæ genus inter parvam magnamque pilam; utque Sipontinus*

Dipnosoph. l. 1. c. XI. — Cle. Al. Ped. l. 3. c. 10. I. Pol. Onom. l. 9. c. 7. — Athen. ib. — Onom. ib.

nus putat, paganicâ maius, minusque folle; cum gravissimi Scriptores Clemens Alexandrinus, (loco citato) Galenus (in Libro de Ludo parvæ Pilæ cap. II.) idemque Pollux (ibidem) parvis adnumerent. Verisimile est, hanc, cæterarum instar, consutis pelliculis foris coriaceam, incluso tormento intus laneam fuisse, nempe posthumam & præposteram pecudis filiam, quippe quæ corio lanam supponeret. Cæterum ideo vocat Martialis harpastum pulverulentum, quia locus in Sphæristerio lusioni huic dicatus lapide nullo, aut latere sternebatur, ne ludentium vestigia lubricus falleret, læderetve. Quare molli solo pavimentatus innocentem assiduo ab attritu pulverem excitabat. Nisi suspicari quis malit, lapideum, aut lateritium pavimentum parco fuisse pulvisculo inspersum, qui resilientem pilam non retardaret, pedes vero constabiliret. Pilæ ludo ad calida balnea præparante nudi sæpius exercebantur: deinde statim lavabant. Iam ipsam ludendi rationem, sive ludicram sphæromachiam, quam episcyrum *aliquis appellat, in graphicâ veterum Scriptorum narratione videamus. Binæ iuvenum turmæ, numero & virtute pares, e regione dispositæ intra totidem lineas terminales, sive metas consistebant. Exinde media inter easdem turmas linea ducebatur, quam* scyrum *vocabant; eique impositum harpastum quisque contendebat adversæ intra lineæ spatium, trans hostile agmen, immittere. Eam lineam qui harpasto contingerent, victores abibant. Itaque dum pilam certatim nitebantur arripere, alii alios proturbare, protrudere, prosternere; ac plerique omnes non indecoro pulvere & sudore sordescere. Ex iis quæ hucusque diximus, conficitur, harpastum celeres vehementesque inter exercitationes numerandum esse: quippe quo corpus attenuatur, augescit calor, ex integro robur virescit, brachia in primis humerique roborascunt. Quinimo pugnacissima congressio ad mutuam prohibendam pilæ capturam ea demum ludi pars est laboriosissima, utpote cum athleticis motibus nisibusque, cumque totius fatigatione corporis coniuncta. Idcirco ut prospere valentibus & robustis harpastum valetudinem vegetat, & robur affirmat; sic iis, qui sunt capite colloque imbecillo, qui obnoxio thorace, qui renibus, lumbisque præfervidis, magne officit. Ut intelligamus, plenum hunc laboris, & sudoris ludum non puerorum aut senum, sed virorum fuisse, iuvenumque, qui lacertis vigerent. Illud habeo postremo loco subiicere, in eo lusu curâsse priscos, ut omnes corporis motus decori forent, quique palæstram saperent; qualis celebratur a Demoxeno apud Athenæum adolescentis cuiusdam sep-*

Hier. Merc. de art. gymn. l. 2. c. 5.

L. 3. ep. 19. & l. 7. ep. 31.

Mercurial. ib.

Iul. Poll. ibi. Sipont. Alex. ab Alex. gen. dier. l. 3. c. 21.

Galen. ibid.

Lib. 1. c. 12.

Digitized by Google

septemdecim annorum in ludendo concinnitas. Hic ego non potui, quin Doni veterem in re novâ, seriam in ludicrâ, & multiiugem eruditionem demirarer. Is autem ceptum ita sermonem persequitur. Potestis hinc vetusti, ac recentis harpasti discrimina interpretari; quorum illud insigne, quod vetus parvam pilam æquabat, recens vero modicum tumescit in follem. At unde, & quo tempore invecta Florentiam est nobilissima exercitatio? Sane originis obscuritas vetustatis argumento præclare indicat, ab Romanis olim secum suorum deductam fuisse ludorum coloniam Florentinam in Urbem, nostrumque in Arnum id exercitationis a Tiberi corrivatum. Quam coniecturam si concedamus, nil aliud est quam dicere Calcis ludi in harpasto ideam quandam huc advexisse Florentinorum auctores. Verum negat Clarissimus Salvinius inquiens: *Non è questo giuoco dell' antica Repubblica, ma verso la fine di essa, ebbe sotto Piero de' Medici la sua nascita, semplice in prima, e poi sotto certe leggi, e regole:*

Disc. Accad. T. 3. pag. 42.

Sequitur Ferrarius: *Hic autem ludus, quem prisci varie nominabant, novum iam nomen habet a calce &c. Florentini Calcis ludus publica est exercitatio primariæ iuventutis, quæ duas in acies pedestres, & inermes divisa, amice venusteque certat unico mediocris, & aerii follis ictu oppositam metam gloriæ causâ traiicere. Cum ludo huic exercendo areæ conseptum excurrere in longitudinem debeat cubitis septuagenis binis supra centena, in latitudinem vero senis ultra octogena, ut civium frequentia celebrari conspicique possit, percommodum theatrum Florentiæ pandit platea & perampla, & percelebris, ex quadrato longior, patriciis ædibus coronata, quam Sanctæ Crucis Ædes amplissima suo nomine impertit. Mediam aream tigilla vallant arrectaria, bicubitalia fere, rara, & in teretem rotunditatem dolata, transversis temonibus sive longuriis iugata, ab ædificiis intermeante lato itinere summota, duplicique serie inter se nonnihil discreta, quo spectantium multitudinem includant, ac tutentur. Huius consepti latus alterum e longioribus nomen ducit a Muro, cuius (ut ego interpretor) speciem continentes Ædes præbent; alterum a Fossâ, quam vicina declivitas repræsentat.* De Muro, & Fossâ, deque veteri solito Florentini Calcis Theatro, scilicet Prato Omnium Sanctorum (quandoque enim, nempe diebus x., & xr. Ianuarii anni 1490. usi sunt Arni glaciato flumine) liceat mihi verba interserere Stephani Philoponi Pisciensis Florentiæ Humanitatis Cathedram occupantis, qui prope annum 1518. sic

Fran-

Francifco Honeftio fcripfit: *Eft igitur in hac nobilifsimâ, opulentifsimâque Urbe pomerium quoddam cognomento Pratum, quod prope mœnia fitum ad eam ufque portam tendit, quæ ex eo ipfo Prato cognomen habens, ad Solis vergit occafum; eftque Pratum ipfum quafi figura quadrangula perfecta, in cuius capite, quod occidentem fpectat, Murus eft portam ipfam continens, a latere vero finiftro alter eft Murus ad meridiem vergens; ab Solis exortu privatæ domus, itemque ab Arcto Pratum hoc cingunt. Hunc igitur in locum fingulo quoque die inclinante Sole complures nobilifsimi iuvenes Florentini geminâ æque parte divifi, geminifque infignibus ornati, quæ in caligis, duplionibufque apparent, fefe pilâ folloniâ lufuri conferunt magno cum Civium fpectantium numero: Inibique accincta ludo utraque pars utrinque pofita conftitutis metis (quarum altera murus eft antedictæ portæ, alterâ vero foffa manu facta pedibus trecenis vel amplius a muro ipfo diftans in orientem fpectat) medio in loco fiftunt magno cum tibiarum, tubicinumque clangore &c.* Antonius Maria Salvinius Vir Clariffimus poft relatam primitu hanc epiftolam penes fe manufcriptam hæc fubiungit: *Pofcia fu quefto Giuoco nella gran Piazza di S. Croce introdotto, per effere grato fpettacolo non folamente, e intertenimento piacevole de' Cittadini, ma ancora fefta pe' gran Signori, e pe' nobili Foreftieri talora, con magnifico apparato, e con colorate divife celebrata.* *Difc. Accad. T. 3. Difc. 12.* In aliquibus monumentis typis editis legitur: *Nel mefe di Luglio* 1558. *ecc. fi fecero due Calci a livrea: uno a S. Croce di rafo giallo, e bianco, l'altro à S. Maria Novella di teletta d'oro, e d'argento*; In aliis vero manu fcriptis: *Calcio nel Palazzo de' Pitti; il Principe D. Lorenzo vi giuocò per Datore addietro*, 17. *Gennajo* 1618. Denique in aliis monumentis ex privato fingularique Codice extractis habemus: *Al noftro Fiorentino giuoco del Calcio fi fa per certa notizia aver giuocato, oltre a molti principalifsimi Signori, e Baroni d'Italia, e d'oltre a monti, gl' infrafcritti Perfonaggi, e Principi di Cafe Reali, e Sovrane, cioè Lorenzo Duca d'Urbino, Aleffandro Duca di Firenze, Cofimo Primo Granduca di Tofcana, Francefco Granduca di Tofcana, Vincenzio Principe di Mantova, Cofimo Secondo Granduca di Tofcana, Lorenzo Figliuolo del Granduca Ferdinando Primo, Francefco Figliuolo del Granduca Ferdinando Primo, Enrico Principe di Condè, Giovan Carlo Figliuolo del Granduca Cofimo Secondo. A quefti fi aggiungono, oltre a molti Gentiluomini perve-*

nuti dipoi a dignità sovranissime, alcuni nobili Fiorentini, che nella privata fortuna, e nella prima gioventù loro praticarono questo cavalleresco esercizio, e dipoi nell' età provetta furon venerati sul Vaticano per Sommi Pontefici, cioè: Giulio de' Medici, poi Clemente VII. Alessandro de' Medici, poi Leone XI. Maffeo Barberini, poi Urbano VIII.

Sed dum ad rem redeo, vereor ne multo prolixior videar, quam oportet. *Collusores*, ait Ferrarius, *deliguntur quatuor minimum & quinquaginta, duas in acies tribuendi, numero & virtute pariles. Ab anno duodevicesimo ad quadragesimum quintum idonei sunt ad ludi labores exantlandos, quibus tolerandis impar est cum puerilis ætas, tum senilis. Neque vero totum vegetâ in ætate momentum. Non enim facie fœdi, corpore distorti, genere plebeii, curtâ re domesticâ mendiculi, moribus inquinati, qui videlicet marsupio famæque decoxerint; sed ab aspectu decori, membris validi, agilitate motuque corporis ad omnem elegantiam composito, plane palæstrici, natalibus conspicui, opibus floridi, indole generosi, educatione probi, ad ingenuum ludum, quem Heroes quoque olim exercuerint, admittuntur. Sed multo sudandum labore ludricum menses amat hibernos, quia sudor & lassitudo per æstivos fervores intolerabiliter augeretur. Quamobrem ab Ianuariis Calendis ad Mensem usque Martium Calcis ludo indulgetur; cæterorum cessatione mensium respiratur*. Verum magis, magisque limitant tempus Calcis leges, nempe: *dal giorno festo di Gennajo fino a tutto il Carnovale. Cæterum*, ait Ferrarius, *quia spectaculum spectatorum celebritate decoratur, per bacchanales tempestivius dies, quibus ad ludicra spectanda invitamur, solemnem in modum luditur. Hora lusoria est vergente in vesperam die (vix enim laboriosissimus ludus produci horarium ultra spatium potest) ubi nimirum, silente publicorum fluctu negotiorum, alcedonia sunt in foro: cumque Sol, illustris lusor, splendidam suam pilam occiduas impellit ad metas, alio in orbe splendide lusurus. Vestem lusores adhibent habilem & expeditam, non aliam nempe, nisi thoracem simplum, femoralia, calceosque pertenues, atque pileolum; ut agiliores ad motum cursumque sint. Student præcipue speciosâ in veste conspici, scite, graphiceque ad corpus aptâ; quia cum debeant spectaculo esse primoribus cum viris tum fœminis civitatis, si vestitus inelegans esset, deformem spectatoribus præberent aspectum, ac despicatui ducerentur. Quo enixius curant, ut semet orna-*

ornatiores astantium oculis offerant celebri die, quo pars unaquæque vestitu quidem consimili exornatur, sed peculiari tamen colore distinguitur. Conducit hoc loco discere, harpasti calcisve ludum peragi aut pro festo more, aut solemniore pompâ. Cum solemniter luditur, supradictum ornatum inducunt e serico rasili, aut villoso, aut ex argento aurove textili, prout condixerint; vel certe simpliciore discrimine pileolum dumtaxat, vel thoracem, vel caligas afferunt discolores, aut quid aliud, ad factionis indicium. Cum bicolore factiones habitu discriminantur, is ludus dicitur divisus. At in ludo moris citra pompam usitati & professi amictus arbitrarius & promiscuus permittitur. Eiusdem vero gratiâ sic lusorum habetur delectus. Tympanorum tubarumque sonoro vocatu patricii roboris cessans pugnacem ad ludum invitatur alacritas. Tum consuetam in arenam undique confluentes lectissimi viribus & agilitate iuvenes confertam ordinantur in coronam. Illic unus aut alter eligitur emeritæ peritiæ senior, vel certe geminus ludendi dux, qui lusorum vim indolemque percalleat: qui postquam singulos oculis animoque perlustrarit, suæ quemque classi meditatâ & pensitatâ divisione attribuat: ex qua ludum calcis divisum dici nonnulli putant. Et primum quidem pro quaque acie quaternos deligunt Datores, sive Missores anticos, qui valido datatim ictu ventosam longe pilam eiiciant, lacertis nempe staturâque præstantes; & priorem, qui Fossæ latus aut cornu regat, agilem callidumque in tempore pilam excipere, sciteque remittere; alterum, qui Muro præsit, robustissimum, eandemque pilam vasto ictu ferire pollentem; duos præterea, qui medium inter hosce locum obtineant. Ad hæc ternos Datores posticos, cursu præceleres, animo præsentes, prævalidosque percussu procul follem propellere. Tertio loco Turbatores quinos, proceros, tocosos, æquantes robore corporis vastitatem, præferoces, ludique prudentissimos; sed Muro præpositum, præ aliis lacertosum, & valentem; eum vero, cui Fossæ tuendæ cura demandata est, velocitate, dexteritate, ludendique prudentiâ instructissimum; medium cursu bonum; reliquos utrinque duos ferocissimos. Denique Præcursores minimum quindenos, ternas in turmas distributos, ætate florentes, pede celeres, animorum plenos. Iam suum quisque agmen sic Ductor instruit. Primum statuit Perturbatores quinos ab summâ parte postici valli distantes cubito uno & sexagesimo, inter se autem sextodecimo, & ab eiusdem valli lateribus undecimo. Secundum hos alterâ in serie Datores anticos, a Perturbatoribus discretos

 cubitis

cubitis duodeviginti, a se invicem uno supra viginti, a laterum Vallo undecim & semisse. Post quaternos Datores anticos, ultimo loco positos Datores ternos, ab anterioribus deiunctos ulnis pariter duodevicenis, inter sese tricenis, utroque a consepti latere ternis denis. Praeterea tres in acies disponit Antecursores. Primam sistit ante Turbatorem, Fossae custodem, alteram ante Muri praesidem, tertiam denique inter has mediam, ex iuvenibus conflatam pernicitatis indefessae. At quando bicoloris cum vestis discrimine ludus magnificentior est exhibendus, non lusorio in foro properanter, sed in alicuius aedibus viri primarii bina lusores in agmina consideratius dividuntur, diesque ludicri condicitur. Ante tamen signiferi creantur puberes duo nobilitate, opibus, & ere praesignes, qui matutino solemnis diei concolorem assectarum collusorum habitum induti, ab iisdem honorarium praebentibus catervam per Urbem deducuntur. At ipsi denique opiparo suos epulo sectatores excipiunt; eoque stomachi lauto commeatu militantem laborioso ludo calcem corroborant. Post haec arrepto Duces vexillo, dum mortua tympanorum coria modulato sub fustuario musice queruntur, agmen promovent in theatrum. Illic postquam uterque signifer dexterum inter se locum sortiti sunt, binae coniunctim acies hoc ordine procedunt. Priores ducunt agmen tubicines, tum tympanizantes. Hos consequuntur Prodromi, sive Antecursores bini, vel manibus vicissim amplexi, vel sericae fasciae copulâ utrinque apprehensâ ita consociati, ut dexter, propter exemplum, albatus cum sinistro purpurato coniungatur; & singula paria, instar lusoriae latrunculorum tabulae, coloribus alternent. Praecursoribus proximi Signiferi, non sine ante ambulonibus tympanotribis. Succedunt his Turbatores; tum Datores in acie primum anticâ, deinde posticâ. Ex anterioribus autem, qui a Muro nomen habent, lusorium follem factionis utriusque colore perpictum praeferunt, utpote in ludo praestantissimi. Claudunt agmen vestitu larvâque tenus Medici bini, seu quaterni extemporales, & iocabundi, argenteis pateris cerussam gestantes in grumulos castellatim distributam, quae pugnis impressa livida monumenta, cum usus fuerit, efficaciter emaculet. Hac semel pompâ obito intra vallum martiali campo, salutatisque identidem amicis, & ante Magnum Hetruriae Ducem, qui solet aliquando magnifice instructo in suggesto spectaculo interesse, corporibus vexillisque proclinatis, in suam se quisque stationem, quae sorte obtigit, recipiunt. Sed antequam acies utraque in arenam descendat, sublimia & honorifica in subsellia mediae ad

areae

Digitized by Google

areæ latus sex indices, eius palestræ milites veterani, conscendunt, res ludi controversas arbitraturi. Ecce autem ferox etiam in ludo Mars sonoro tubarum tympanorumque clamore moris increpans, inerme imperat belli simulacrum. Tum Pilarius, utriusque factionis vestitu bicolor, & biformis, non unius colore semiformis aut semivir, nempe homo indifferens, medius, communis, & neuter, inter coronam utranque Præcursorem, qui Murum tuentur, follem æquo validoque iactu impellit in medium. Illico utrinque accurritur; utrisque fit a Præcursoribus impetus ad ipsum follem occupandum; interque pedes deprehensum levi calce pedetentim promovere quisque certat oppositum ad consepti caput ac metam. Interim strenue suas Turbatores obeunt partes, dum adversarios, ne irrumpant, aut complexu remorantur, aut impulsu repellunt; dum posticas factioni suæ suppetias ferunt, opportune retro acto pedibus folle, ut vehementi Datoris ictu trans oppositi valli metam emittatur; dum præterea Datori follem transmittenti valide pugnaci corporis obiectu hostiles defendunt incursus, ne quis videlicet Antecursor follem ferientis in collum aut brachium invadat. Cæterum hoc Datoribus est utriusque solemne, ut sive humi volubilem, sive cœlo volucrem excipiunt follem, præpropero excussissimoque percussu repulsent. Quin etiam sæpius continuatis utrinque ictibus datatim ludunt, ut in hostilem ditionem paulatim gradum inferant, non sine ingenti theatri plausu & voluptate. Sed cautio est, ne follis imprudenti ultra consepti latera ictu propellatur; quod eius errati bis admissi pœna, victoriæ dispendium est. Quod si hostilium Præcursorum manus anticum in Datorem involet; confestim is follem ad posticum Missorem aliumve ad socium cauto callidoque calce traiectat. Si tamen adversarii valentiores admotis ordinatim castris in ultimas metæ angustias & follem & hostem compulerint; tunc enimvero inter spem & metum enixius de versatili victoriæ pilâ pedibus manibusque certatur, & pro ipso pugnaciter orbe contenditur. Iamque victor aliquis, Atlante robustior, & Hercule, alte subductum orbem, non baiulo succollans humero, laboriose gestat: sed calce aut pugno trans metæ Abylam & Calpen per ludum expulsim iacit. Porro factio triumphatrix sublimi explicatoque militari signo ad ostentationem triumphi, hostilia in castra invadit; triumphatricis contra in stationem convoluto inclinatoque vexillo triumphata concedit. Quæ pluries prædictum consepti limitem folle transilierit factio, ea victrix non sine plaudentium spectatorum admurmuratione discedit. Victoriæ causa,

Digitized by Google

ſa, ultra lineam follis expulſio Italico iam ævo Caccia *nuncupatur. Triumphali non raro debacchante lætitiâ victores ſua prodige vexilla concerpunt. Nonnunquam etiam adverſus inurbanos luſores gliſcit ipſum inter ludum ira; & maſcula bilis a iecore non concitur duntaxat in naſum, ſed in manus quoque ad pugnam prurientes; ut pro folle iam ora feriantur, & pugnis tundentibus capita deformentur in pilas. Sic barpaſto in pugilatum repente mutato fiunt omnes Datores. Protinus advolant non e longinquo cœli concilio, ſed e proximo luſorum agmine conciliandæ pacis interpretes, urbanique caduceatores, humaniſſimi Mercurii. Accurrunt etiam non ex inſulâ Coo Pergamoque alienigenæ, ſed ex theatrali conſeſſu noſtrates cum cerusſâ Hippocrates & Galeni perſonati, ocularium vibicibus medicinam adhibituri. Tum tranquillato brevis æſtu furoris, cives magis inter ſe amant, qui amicos memorabili vibicum monumento in oculis ferunt. Viſendo quoque ſpectaculo ſæpe ſic exercetur in ludo curſus, ut raptâ currentes metam verſus ventoſâ pilâ, inter occurſantium remoram non pedibus, ſed vento ferri, aut ventos ipſos humano vultu exiſtimes currere perſonatos. Quin etiam ad harpaſti cumulandam athletico certamine voluptatem, Præcurſor aliquis obvium obnitentemque immani corpore Turbatorem, ſive Turbalionem, aut etiam Datorem ſubdolâ dexteritate ſupplantat, ac deturbat ad terram, corridente univerſo theatro ac demirante, mole ſuâ ſtantes, & fundatiſſimas levi giganteas impulſu deiici, & ruere columnas. Sic illi calce follem tradunt, & diem &c.*

COROLLARIUM.



Ocupletiori fortaſſe Commentario indigeret argumentum, quod veluti Spartam ſuſceperam, ſed oſtentationis notam extimeſcenti, libelli item anguſtiis inſervienti, plures adinventiones ſilentio præterire operæ pretium fuit, præcipue cum ex iis quædam pili, floccique faciendæ viderentur; aliæ dubiæ quidem & incertæ. Primi autem generis eæ ferme ſunt. Inventio æris bractea attenuandi, auri, & argenti ad inſtar, a Thaddæo Curradio, Philippo Baldinuccio teſte, excogitata; alia item glaciei ac nivis ad Æſtatem uſque ſervandarum Bernardo Bontalentio inventore (quicquid in contra-

rium

rium transalpini scribant) ex quibus Bontalentius præmium quoad vixit a munificentissimo Magno Etruriæ Duce consequutus. Eodem inventore nemo est qui ignoret seram commentam ad thesaurum claudendum, qui in arce novâ Florentinâ vulgo *di Belvedere* asservatur, qui nullo pacto a fure reserari possit quin compedibus aperiens vinciatur. Præterii adamantini tinctûs commentum, auctore Benvenuto Cellinio aurifice celeberrimo Florentino, a quo præterea Michaelis Angeli Bonarrotii 'εὕρημα refertur his verbis: *Poichè l' Artefice si sarà satisfatto del suo modello, si debbe pigliare un carbone, e disegnare la veduta principale della sua statua, e ciò far con diligenza, perciocchè quando l'Artefice non si risolvesse bene col disegno di detto carbone, potrebbe facilmente ritrovarsi poi ingannato da' ferri. Et il miglior modo, che sin a oggi si sia veduto usare, è stato ritrovato dal Buonarroti, il quale è questo; che poichè si sarà disegnato la veduta principale si debbe per quella banda cominciare a scoprir co' ferri in quella guisa, che uno Artefice farebbe dovendo scolpire una figura di mezzo rilievo, così a poco a poco nel detto modo veniva quel maraviglioso Artefice a scoprire le figure ne' suoi marmi*. Præterii item plurima, quæ non est huius loci referre, sed tamen tumultuarie, & confuse, ac veluti Canis e Nilo recenseam. Carminis genus, quod vernaculo sermone *Ottave alla rustica*, a Laurentio Mediceo Seniori inventum est. *Schitirzi* (a nobis *Beco*) & *Pasquellæ* (ita vocantur) loquentes personas a Vivianio & Ridolphio commentas monet Philippus Baldinuccius in Vitâ Salvatoris Rosæ, ubi de Comœdiâ loquitur, quæ ex tempore acta est Florentiæ in Ædibus Mediceis ad Divum Marcum, his verbis: *Il Dottore Viviani fratello di Vincenzio chiarissimo nelle Matematiche, faceva la parte di Pasquella, della quàl parte si ha per costante essere stato egli medesimo primo Inventore. Luigi Ridolfi primo Inventore della parte di Schitirzi, cioè di un Contadino goffo, che serìamente senza affettazione, o caricatura, e con gesto naturalissimo ragiona, fecesi sentire con istupore, talchè fu un miracolo di quelle Scene*. Politicorum antesignanus Nicholaus Machiavellus hanc nominis celebritatem adeptus est Opere edito de Principe, in quo novam statûs rationem introduxit, quæ nullis vel fidei publicæ, vel honestatis inclusa repagulis, omnia ad utilitatem duntaxat imperantis constituit, sive ille iustam, sive iniustam habeat domi-

dominandi caussam; quapropter astuti; ac temerarii, imo athei potius quam prudentis inventoris famam meruit; quamvis excusetur a nonnullis, quos videre fusius in Schediasmate Georgii Paschii de curiosis huius sæculi inventis impress. Kiloni 1695. §. 7.

Quod vero ad secundum genus spectat, silui Arnobium Florentinum, quem tradit Iohannes Cinellius in Italiâ Litteratâ tum Virum fuisse maximi ingenii, tum ex Ægypto immanem advexisse Obeliscum, atque Romæ erexisse in Circo Neroniano in honorem Augusti, & Tiberii. Eodem Cinellio auctore, Navim Arnobius ipse construxit maximam, cuius molis non adhuc spectata erat, quæ utpote portenti similis in Portu Ostiensi diu servata fuit. Hæc gratis afferuntur testimonio cuiusdam lapidis erectæ anno 1545. ad radices, ita dixerim, eiusdem pyramidis, dum ea Sixti V. iussu in Plateam S. Petri transferebatur, sequentis tenoris:

Arnobius Florentinus huius miræ magnitudinis lapidem ex Ægypto Navi Argonaticâ eductum suo ingenio ad astra erexit.

His hactenus expositis addidit Cinellius: *Benchè nella Soffitta nuova del Corridore della Galleria sia stato cred' io per tracotanza suo nome* (Arnobii huius) *taciuto, e la gloria di mia Patria in certo modo nascosa, ho preteso, come di tutti gli altri, de' quali scrivo, le Memorie, e l' onorate, e virtuose gesle ravvivare. Fiorì Arnobio al tempo di Nerone.* De sinceritate eiusdem Inventi iudicium penes lectorem esto; apocripha enim potius existimanda est hæc Inscriptio, & sæculis barbaris incisa, atque sepulta, tempore enim Caii non ita loquuti essent, nec Arnobium (Græcum nomen) a patriâ Florentinum appellâssent. Silui, ut ad rem redeam, antiquissimum Florentiæ morem docendi laicales Congregationes parvulos ex omni Civitatis angulo gregatim collectos orthodoxam Fidem, aliaque pia opera exercendi ad Ecclesiasticos utcumque spectantia, auctoribus, atque institutoribus, ut videtur, Divo Antonino Archiepiscopo Florentino, atque Venerabili Hippolytho Galantinio (ne quis fortasse Florentinos vituperet gloriam adeptos (ut Tacitus absimili in re ait) tanquam repererint quæ acceperant) cum non satis liquido constet, an alibi priusquam Florentiæ pius

usus

usus primitus inceperit. Silentio item prætermisi Reformationem Carmelitarum Familiæ, quæ veluti nova Institutio haberi meretur, ope P. Alberti Leoni, a Scriptoribus Florentini nuncupati, a suis vero religiosis, & alumnis Patriâ Mantuani habiti. Verum non ita ambigendum, ubi differere opus esset de Reformatione Monialium Carmelitarum ope piissimæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis in perfectiorem vivendi formam redactarum, ut patet ex peculiaribus Constitutionibus, quæ nobilissimarum Virginum S. Mariæ Angelorum Cœtui Sanctissima Reformatrix sancivit. Præterii (quanquam fundamento satis valido innixam, ut pote ex manuscripto Commentario, una cum aliis fide dignissimis documentis, desumptam a Viro multiplici eruditione, ac doctrinâ præstanti Antonio Biscionio, qui mihi libentissime, eâ est humanitate præditus, communicavit) Institutionem scilicet Ordinis cuiusdam, Francisci Petrarchæ ope in Galliâ inceptam, his verbis: *Fondò una Religione* (Petrarcha) *in Francia di Romiti, sotto il Titolo, e Protezione di S. Gio: Batista Precursore; la qual Religione è soggetta a tutti gli Ordinarj de' Luoghi, dove hanno Monasterj, o Luoghi per detti Eremiti. Vestono tanè con cappuccj piccoli. Son calzati, soggetti a Sinodi, Leggi, Comandi, e Riti de' Vescovi, dove hanno Romitorj. Fanno i loro Priori, e nel resto vivono vita romita, solitaria, e dedita più alla contemplazione, che alla Vita attiva.* Antonius Lupicinus nostras Tractatum edidit anno 1582. *Sopra la Fabbrica, e Uso delle Verghe Astronomiche*, quæ quamvis novitatis speciem præseferant, attamen theorematis primo, & quarto sexti Euclidis innixæ visuntur. Iohannes Franciscus Fiammelli Patriâ Florentinus, quemadmodum & antedictus, professione Mathematicus, Opellam anno 1605. edidit, cui titulus: *La Riga Matematica, dove si tratta del misurare con la vista di lontano senza strumenti, cioè con una sola riga ecc. s' insegna ancora adoperare gli strumenti di più sorti, con la composizione d' un nuovo strumento, il quale serve per tutti gli strumenti; e un nuovo modo di misurare terra, e un ordine di levar piante senza esser conosciuto quello si vuol fare.* Sed propositiones istæ Euclidis auctoritate fulciuntur; unde nulla de iis mentio facienda videtur. Omisi genus quoddam Thermoscopii ab Iohanne Christophoro Sthurmio indicatum, atque ab eodem Magno Etruriæ Duci, nempe Ferdinando II., quoad inventionem

V. Librum inscrip. *Collegium expe-*

Digitized by Google

rimentale, sive Curiosorum; Norimb. 1676. in 4. edit.

nem adscriptum. De Dramaticæ denique Musices adinventione ne verbum quidem, alii enim Iacobum Perium Patricium Florentinum ob elegantem cæsariem cognomento *Zazzerino* (quem Cincinnatum latine dixeris) auctorem putavere, alii Octavium Rinuccinium Patriciâ gente item nobilissimum, alii alios.

Plura insuper omisi, quæ etsi in lucem, Deo auxiliante, brevi prodibunt in Commentario altero, quod scribere sum aggressus *De Florentinis Restitutionibus*, cui summam propediem addam manum, attamen hic suo loco poni potuissent, quum sint talia, quæ pro inventis haberi queunt. Sed quum mea nihil intersit ad gloriam avide aucupandam Voluminis magnitudo, aut siquid aliud ambitiosorum Scriptorum calamo blanditur, intra libelli fines me continere malui, quam superfluentibus verbis, aut rebus vel minimum indulgere.

FINIS.



Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

PROŒMIUM.

IN-

Digitized by Google

INVENTORUM FLORENTINORUM NOMINA.

Gali.

Ma-

Digitized by Google

Maioris momenti Errata ſic corrige.

pag. 13. linea 20. *Italiâ Litteratâ* — lege *Etruriâ Litteratâ*. Eodem ferme pacto pag. 112. lin. 7.
pag. 15. lin. 16. *tali ritu* — lege *tali ritu, ut qui*.
pag. 38. lin. 18. *quantam* — lege *quartam*.
pag. 40. lin. 4. *Americi noſtri* — lege *Americi noſtri, ſimulatque Mediceæ Domûs*.
pag. 43. lin. 23. *ac tellus* — lege *ac tellurem*.
pag. 68. lin. 19. *immensâ* — lege *immenſa*.
pag. 70. lin. 18. *dic* — lege *dici*.
pag. 74. lin. 23. *Prefazione* — lege *perfezione*.
pag. 82. lin. 12. 1398. — lege 1377. — & lin. 24. *apertibile* — lege *adapertile*.
pag. 87. lin. 14. *MCCCCLXXXXIX.* — lege *MCCCCLXXXXIV.*
pag. 90. lin. 14. *Aretalogium*, — lege *Aretalogiam*.
pag. 112. lin. 14. *erectæ* — lege *erutæ*.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google





Digitized by Google

